Item lex ciuilis permittit in casibus diuortium3 lex canonica in totum prohibet quo ad dissolutionem vinculi: quia quos deus coniunxit homo non separet. Et hic distinguēdum que lex magis accedat vere prudētie humane circumscripta lege z de fide diuina attenta sola naturali intelligentia humana z ampliando discussiamus Quid melius an vnum virum copulari vni mulieri indiuisibiliter z vnam mulierem vni viro an vnum virum pluribus mulieribus. ¶ Et primo apparet melius vnum virum iungi pluribus mulieribus z sic lex ciuilis est melior que secundius tendit ad liberorum procreationem hoc enim est de bonis matrimonij. de con.ap.c.finali. ¶ Hoc enim euenit ex dictamine iuris naturalis. ff. de iustitia z iure.l.j.contra ius naturale est. vt fiat perpetuatio in specie quia impossibile est fieri i vno indiuiduo vt q homo plures mulieres possit impregnare ¶ Itē sicut vir se habet ad mulierem sic materia ad formam. vt scribit philosophus pmo phisicorum conuenit quod habetur.xxxiij.q.j.c.cum caput z vna forma ex sui nostra coniungitur pluribus multiplicationibus. Nam forma multiplicatur multiplicatione partium materie vt scribit philosophus.j.z.ij.metaphisice z commentator.in libro de substātia orbis z plato posuit vnitatem ex parte forme conuenit lex pponebatur. ff. de iudic.l.mortuo eodem titulo. ¶ Item illa. coniunctio est melior a qua procedit potentior actus generalis cū iste sit act9 copule coniugalis de frigi z malefi.c. laudabilem hoc autem euenit si vnus

pluribus coniungatur. Nam si vni tantum copuletur possibile est quod sterili et ad generationem inhabili. si autē pluribus si vna est inhabilis alia erit habilis. ¶ Item si vnus vni soli surgit ocium in natura quod natura abhorret. j. phisicorum. et c. ij. extra de probatio. l. ampliorem. §. sed in refutatorijs. C. de appellati. probatur. c. ij. Nā si vnus vni tātum copuletur ociose erunt operatiōes coniugales cum amplius impregnari non possit quod euitabitur si alteri copuletur. ¶ Item illa coniunctio est perfectior que magis pertingit ad bene viuere cum hoc sit finis mundi. ff. de iusticia et iure. l. iusticia. §. iuris precepta. ¶ Si autem habeat plures surgit melius viuere. Nam plures melius curabunt eius vitam quam vna sola si pluribus cōiungaretur erit certior de pluribus et melioribus filijs que sunt pars domestice cōmunionis seu communicationis hec omnia faciunt ad bene viuere. vt scribitur primo et secundo yconomorum factr. l. liberorum. ff. de verborum significatio. l. fina. C. de imput. et alij. sub. ¶ Item illa coniunctio est melior magis accedit naturalitati cuius ars imitetur naturam. ff. de adoptio. l. j. vi. di. c. nasci. sed naturaliter magis inclinatur pluribus quam vni copule quod demonstratur etiam in brutis animalibus que indifferenter pluribus eiusdem generis commiscentur. Item illa coniunctio est melior que magis participat de esse diuino cum vnum quodque sit melius cum magis appropinquat ad naturam finalis boni. vt scribitur. xij. metaphisice et de pe. dist. ij. c. si enim. Ex his clare concluditur quod melior est consideratio legis ciuilis seu temporalis que certis canonibus permittit diuorcium. Et que etiam permittit concubinatum quam legis canonice que ista simpliciter. Inhibet et detestatur.

¶ Vide. c. x. vi. cap.



Ec dubitatio fuit difficilis apud antiquos philosophantes et fuit difficultas propter varietatem legum. Nam quidā preceperunt vitam indiuiduam. et quidam non. Et vno tempore preceptum vnum. alio tempore aliud. Nam socrates et plato dixerunt quod melius est ad esse politicum quod vnus vir copuletur pluribus mulieribus et vna mulier pluribus viris quam solus cum sola. Nā dicunt ipsi quod in optima policia mulieres et pueri debent esse communes et de communitate mulierū hoc videtur dicere canon. c. dilectissimus. xij. q. j. saluo quod ibi exponitur preter quam ad commercium carnale. Et mouentur quia ad esse ciuitatis et politice gubernatiōis requiritur quod sit maxime vna et sit maxima amicitia inter omnes. Hec autē vnio est causa maxime vnitatis hoc recitat philosophus. ij. politicorum. et ij. yconomorū tollendo motiua socratis. ¶ Primo enim cum dicitur quod ciuitas debet esse vna dicit philosophus. quod cum ciuitas sit quedam multitudo aggrauatiua non requirit ibi omnimoda vnio. Nam posset esse tanta quod non remaneret formalitas ciuitatis quia posset deueniri ad vnionem domus vel hominis que sunt domestica et monostica vnio et non politica nisi inclusiue: nō est ergo vera sic indistincte illa ratio de amicitia non concludit. Nam si etiam essent communia nō foret maior amicitia ymo discordia cum cōmunio sit mater discordie. l. cum pater. §. dulcissimis ff. de legi secundo. de parrochianis. c. primo. ¶ Item non esset tanta solicitudo circa gubernationem rerum quia vt dicit lex: naturale vicium est quod cōmune est contēni. C. qui et quādo quarta pars. l. prima. ¶ Item si vxores et filij essent cōmunes sequerentur multa absurda. ¶ Nam filij violarent matres occiderent procreantes et econtra. ¶ Item tolleretur debita amicitia patris ad filium: quis non

maiorem haberet ad unum quam ad alium propter indifferentes communionem. hoc premisso videtur quod circumscripta fide que est ipsa veritas attenta intelligentia humana sola et ipsa rectitudine unus vir debet cum una sola iungi et indiuisibiliter/sic et una mulier uni viro. ¶ Probantur hec Nam illa est melior coniunctio que magis tendit ad generationem perfectam hec supra demonstrata talis est si unus uni indiuisibiliter coniungatur ¶ Hoc probatur. Nam si unus pluribus commisceatur vel nullum vel imperfectos generabit quia debilitabitur et spiritus resoluetur Et si dicas non simul attendet alteri seu intendet hec obiectio non valet quia vt scribit philosophus .ii. yconomorum vir debet sufficere mulieri in coitu si ergo una deberet expectare donec altera impregnaretur non satisfaceret et ipsa forte alios admitteret et vtrumque absurdum. ¶ Item illa coniunctio est melior que tendit magis ad prolis generationem et ipsius educationem. ff. de iusti. et iur. l. i. §. ius naturale de conuersi. infidelium. c. ii. hoc autem probatur. si vnus vni indiuisibiliter coniungatur. Nam si vnus pluribus copularetur vna procuraret nocumentum filiis hoc enim conuenit nouercis. l. iii. ff. de inoffi. testamen. Nam nouerca dicitur quasi noua archa. ¶ Item foret seditio domestica cum sit mulier naturaliter difforma maxime carnali. ¶ Item illa coniunctio est melior que magis accedit ad vnitatem domesticam: sic est si solus soli et alias propter equalitatem graduum plurium cessabit ordo domesticus et intercedet discordia vt supra ergo etc.

¶ Item illa coniunctio est melior que maiorem includit amicitiam. Hoc autem euenit cum solus soli indiuisibiliter coniungitur. ¶ Probatur maior quia vir et vxor debent esse perfecti amici vt scribitur viii. ethicorum. Nam sunt effectiuna causa. ro. probatur minor. Nam perfecta amicitia est inter duos. Non enim potest quis esse perfectus amicus plurium vt scribit philosophus .ix. Ethicorum.

¶ Item illo modo non debet vir copulari vxori quo deseritur ordo domesticus sic euenit si vnus pluribus. Et sic concluditur quod circunscripta fide et lege diuina vnus vni mulieri indiuisibiliter debet copulari attenta sola humana intelligentia et dictamine recte rationis et per hoc infertur quod lex canonica magis accedit ad veram prudentiam quam ciuilis permittens diuortium et etiam concubinatum. Et hec fuit sententia philosophorum .ii. politicorum. et .i. et .ii. ycono. ¶ Ad rationes in contrarium facile est respondere. Ad primam dicendum est quod licet in pluribus iungendo posset plures procreare. tamen fieret magna resolutio et non sic perfectos generaret vt dictum est. ¶ Item non solum propter generationem sed educationem et enutritionem/sufficit ergo vna vni. ¶ In brutis autem secus quia illa solum propter generationem: homines autem sequuntur rectam et bonam vitam Et quod vnum brutum habeat plures femellas non repugnat generationi. quia secundum naturales: femelle brutorum non habent tantum appetitum libidinis coitus sicut mulier nec masculus brutorum est tante potentie in generatione sicut homo secundum quantitatem. primum scribit philosophus in .ix. libro de hystoriis animalium. Secundum scribit in libro de problematibus. ¶ Ad aliam dicendum quod licet mulier sit sterilis hoc raro euenit et sermones in naturalibus et moralibus sunt intelligendi vt in pluribus: vt scribitur primo ethicorum: quia ergo plus mali sequeretur si pluribus copularetur quam quod sic remaneat cum sterili surgit inductio regule infallibilis. ¶ Ad aliam dicendum quod sicut vna forma non perficit nisi vnam materiam sic vnus vir vnam mulierem et sic facit p. ¶ Ad aliam dicendum est quod nichil est ociosum secundum speciem sed secundum indiuiduum tantum et vt in paucioribus hoc euenit: vt patet .ii. physicorum. de obseruantia antiquorum dicendum est quod plures mulieres minus curarent de vno viro quam vna sola vt patet per ex

perfectiam. ¶ Ad aliam dicendum est
q̃ homo inclinatur in plures non intelli
gentia naturali vel humana: sed ꝓpter
appetitum brutalem. ¶ Hanc autē hu
manā intelligentiā approbat lex diuina
introducens sacramentum matrimonii
¶ Patet igitur ex premissis q̃ lex ca=
nonica ꝓhibens diuortium magis acce
dit prudentie naturali bone politie to=
tius vniuersi q̃ lex ciuilis que diuortiū
approbat pluribus casibus et ꝑmittit.

¶ Clericus.cvij.cap.



Ursum pricipes tē
porales suis legib⁹
et constitutionibus
permittunt imo ex=
presse approbant du
ella que iure natura
li pariter ꝛ diuino de
testabilia sūt ꝛ q̃ plu
rimū abhorrēda ꝛ talis abusus est in p̄=
scriptibilis: quia inuitat ad delicta. s. ad
arma ꝛ rixam. Cōtra legem etiam ꝓ ciui=
lem. q2 bonus iudex non debet permit=
tere illos ad arma ꝓsilire quos sua au=
ctoritate pōt refrenare. l. equissimus. ff.
de vsufru. ꝛ delictorum fit quedam occa
sio et de hoc dicit textus legis dū dicit
Itaq3 nec fortitudinem manus appel=
let solum. Et si quis ab ea iusticiam sub
trahat: delictorum erit occasio ꝛc̄. hec le
guntur in auctentica vt oēs obediant iu
dicibus ꝓuinciaꝝ in p̄ncipio collat. vi.
Talis aūt est abusio huius duelli: quia
subtrahit iusticiā a fortitudine. ergo nō
est inductibilis nec prescriptibilis vt po
te q̃ delictorū est occasio et aiarū et cor=
porū sepe pericula eueniunt seu proue=
niunt vt extra de torne. c. i. Item per
eam cōtra euangelium deus temptatur
vt. ij. q. v. ca. monarchia et extra de pur
ga. vulgari. quasi per totum. ¶ Ter=
tio videtur iure ciuili ꝓhibita vt. C. de
gladi. l. vnica lib. xi. quicquid notet glo.
ordinaria. ff. ad. l. acquil. l. qua actione
§. si quis in colluctā. Item fit duellum
aut ꝓpter odiū exaggerationē aut ꝓpter
in publico gloriā cōsequendam aut pro
pter purgationem alicuius criminis: et
dico q̃ duellum vtroq3 modo sumptus
est omnino ꝓhibitum iure naturali vt su
mitur ius naturale pro instinctu nature
ꝓueniens ex naturali intelligentia q̃ ap
pellatur naturalis equitas vt. ca. ius na
turale. i. di. Et ꝓbatur quo ad primam
speciem duelli que fit ꝓpter odiū exag=
geratione: quia hoc est vnū preceptum
legis naturalis diuine: sc3 non occides
Et si detur instācia de sansone ꝛ similib⁹
xxiij. q. v. ca. si non licet non obstat: quia
hoc fuit sp̄ūssancti inductione vt scribit
augustinus in preallegato. ca. preterea.
hoc est inhibitum lege canonica. extra
de homi. quasi p totū. Et lege ciuili. ff.
ꝛ. C. ad. l. corneliā3 de sicca. Et si dicas
illa iura nō tangunt istum casum duelli
que loquuntur de homicidio volūtario.
Istud aūt genus duelli ꝓuenit ex dispō
ne nature ꝛ non voluntarie. ¶ Dico q̃
licet naturalis dispō corporea hoc indu
cat: tamen naturalis rationis dictamen
disponit in cōtrarium cui magis est obe
diendum. Nam illa naturalis dispositio
non necessitat cum remaneat homini li
berum arbitrium. xxiij. q. iiij. ca. nabugo
donosor. Unde tholomeus. Anima sa=
piens dominabitur astris. alias dici pos
set de singulis generibus viciorū q̃ qa
homines naturaliter ad singula vicia in
clinantur. vt quidam supbi/quidam lu=
xuriosi/quidā auari: ꝛ sic de singulis de
berent excusari quod est falsum. Nā sē=
per remanet homini liberum arbitrium
vt est dictū: ꝛ sic p3 q̃ ista species duelli
vtroq3 iure ē ꝓhibita. Nunc de scda q̃
fit ꝓpter gloriam consequendam est di
cendum q̃ est etiā vtroq3 iure ꝓhibita ꝛ
hoc ꝓbat̃ sic ille actus a iure diuino ꝓ=
hibetur qui est alienus a fonte caritatis
Nam caritas est fundamētum oīm vir=
tutum de pe. di. ij. cap. caritas. Sed pu=
gnare cōtra ꝓximum est alienū a carita
te: quia caritas est dilectio dei et ꝓximi
ergo ꝛc. ¶ Item duellum est inhibitū
iure gentium quod sic probatur. q2 illud
est prohibitum iure gentium quod tēdit

in destructionem vniuersi. illud gen⁹ duelli est huiusmodi. ergo ꝛc. ¶ Probatur maior. Nam equitas naturalis super q̄ fundatur ius gētium tendit in conseruationem et augmētum vniuersi. ff. de iusticia ꝛ iure. l. i. §. ius naturale ꝛ. l. ex hoc iure. minor ptz. quia illud genus duelli tendit in destructionem hominis que est nobilissima pars vniuersi: imo finis omnium productorum a natura. l. in pecudum. ff. de vsuris. ergo est inhibitum iure gentium. Preterea est inhibitum iure canonico. de cle. pug. in duel. in rubro et nigro. ¶ Nunc de tertio genere duelli quod dicitur purgatorium ꝛ istud stricte et ꝓprie apud vulgare duellū appellatur: et est etiam ꝓhibitum iure diuino quod sic ꝓbatur. Ille actus est prohibitus iure diuino per quem fit temptatio sed hoc duellū est huiusmodi. ergo ꝛc. ¶ Maior apparet: q2 scribitur. Non temptabis dominum deum tuū ꝛc. Minor apparet: quia tunc temptatur deus cum perquiritur aliquid contra naturam qd̄ non est ꝓpucibile nisi miraculo diuino: sic est in ꝓposito in hoc duello purgatorio. Nam naturale est quod fortior et ingētior vincat minus fortem. Sic igitur deus temptatur: vt miraculum faciat iure gentium est inhibitum/ quod probatur. Nam ille actus est inhibitus iure gentium: quod repugnat naturali equitati. sed duellum purgatorium est huiusmodi. ergo ꝛc. Maior patet de se: et minor probatur. Nam equitas iure gentium ē delinquentes punire inscientes absolui: et in duello purgatorio contingit quandoq3 totum contrarium: vt docet experientia. ergo iure gentium est inhibitū. patet ꝙ iure canonico sit prohibitum de pur. vulgari. ca. i. ꝛ. ij. ¶ Item potest cōfirmari quo ad vltimam spēm. Nam aut dicitur permissum in causa criminali aut in cā ciuili, nō ciuili vt. l. negātes de actio. et obliga. Nec criminali, q2 aut ꝓbat contra illū q ꝓuocat: aut nō. si ꝓbet non restat nisi ferre sententiā. C. de pe. l. qui sententiā ꝛ. l. ne dum. aut est ꝓ presūptio: nec plene ꝓbatur. tunc scd̄m ordinem iur. ad tormēta est ꝓcedendum. ff. ꝛ. C. de questi. per totum: aut nullo mō probatur. Et tunc actore non ꝓbante reus venit absoluendus. l. qui accusare. C. de eden. Et in criminalib⁹ debent ꝓbatiōes luce meridiana clariores esse. l. fi. C. de ꝓba. ¶ Preterea in iudicio equitas est seruanda. c. nouit. de iudi. sed sic est regulariter ꝙ vnus est fortior altero ergo in duello equitas nō seruatur: peccant igitur dn̄i tēporales duella admittentes. Et vtinam ad ea que dicta sunt diligenter aduertant.

¶ Miles. c. viij. ca.



Non imponatis iure ciuili q sic indistincte duella admittat. imo iure ciuili est regulariter duellum inhibitum fallit in duobus casibus ꝑ fredericum introductis qui habētur de pace tenē. ꝛ ei⁹ violator collat. ꝓma puta si quis intra tēpora pacis hoiem occidit punitur pena capitali: vt fractor pacis nisi per duellum se deffēderit. c. si quis hoiem. §. si quis alium. Et in iure digestoꝝ videt iure quodāmō duellū permissum. ff. ad. l. acquil. l. ac actione. §. si quis. in collucatiōe: vbi cessat actio penalis cōtra occidentē in duello qn̄ duo pugilles colluctantur. l. noua codicis. videtur inhibitum. l. vna. C. de gladi. lib. xi. Quid ergo dicendum nūquid lex illa noua codicis corrigit legem digestoꝝ hic aduertendū ꝙ pōt fieri pugna nō cruenta vbi non tenditur ad sanguinis effusionē: vt aliqui brachiis colluctant vel similibus modis. Et hoc genus colluctandi non est inhibitum iure veteri nec etiā nouo codicis. imo ꝑmissum ꝓpter populi recreationem. C. de specta. quasi per totum. li. xi. de impēsis ludo. eo. li. ¶ Potest etiam fieri pugna vsq3 ad sanguinis effusionem: vt in duello. et ista iure nouo est inhibita. de gladi. l. i. prius alleg. Sed tūc fortissime instabis tu dicis ꝙ iure gentium duellū est inhibitū: sed ꝑmissum iure ciuili: vt. §. si quis in colluctatione prius alleg. Ius ciuile nō est alia equitas ab equitate iure gen-

tis addens nouā spēm.l. ius ciuile.ff. de iusticia ꝛ iure. ergo si est inhibitū iure gentiū non erit pmissum iure ciuili: alias ius ciuile repugnaret iuri gentiū. Istud cōtrariū est difficile. Et ꝑ solutione cō transitiue pmitto triplicē pmissionē. Est ei quedā pmissio simplex q̄ remittit et indulget de qua habetur.iiij.di.ca. denique

¶ Scda pmissio est q̄ tollit impedimētū eius qḋ permittit: vt text⁹ dicit ꝙ iudei pmittuntur habitare inter nos. Nā tollitur impedimēta impedientia ne possint scdm ritus eoꝝ hītare nobiscum.xlv.di. ca.qui sincera. reperitur tertia permissio q̄ prestat iuuamen actui pmisso: qḋ non faciebat scda. imo solū impedimētū tollebat. Nunc in ꝓposito si bene pōderentur verba in.§.si quis in colluctatione.ꝛ subditur rō: qꝛ non sit iniurie cā. igitur illa permissio pene irrisoria est. hic ergo nulla repugnātia est ꝙ ius gētium inhibeat: et lex ciuilis penā remittat. Nam pena homicidij sponte ꝓpter doluꝫ.mō in.§.si quis in. coluctatione cessat dolus vt est dictum. q̄uis cōsuetudine aliquaꝝ partiū q̄ tn̄ corruptela pocius est censenda: duellū sit pmissum. Vn̄ pissimus rex frācie modern⁹ Karolus quit⁹ vir aūt nunq̄ in duellis pmittit partes ad arma prosilire. sed q̄tū in eo est ipas in concordiā reducit atq; pacem

¶ Clericus.c.ix.ca.

Quoniā in prioribus de bello particulari: scꝫ de duello fit mētio. Nunc volo vobis militibus ostēdere vn̄ belluꝫ pmo habuit ortū. Vbi advertēdū ꝙ pmo spūale habuit ortū i paradiso. Nam creator celi et terre luciferū in supbiam ꝓpter defectum caritatis de throno ejectū celesti ad centruꝫ terre eiecit: vt pulchre deducit gregorius.de pe.di.ij.pncipiū eni. vn̄ volūt dicere aliqui ꝙ ex illo spirituali bello creatoris cōtra luciferū ortū habuit bellū humanuꝫ Nam in vno quoq; gn̄e est deuenire ad vnū qḋ sit pncipiū et mēsura illius generis in repugnātia bonoꝝ cōtra mala et est deuenire ad pmum pncipium.ꝛ illud est altissimus deus noster. ¶ Principium aūt victoꝝ ꝛ princeps est dyabolus. Et volunt aliqui dicere ꝙ bella corporalia terrestria habent bella celestia correspōdentia. Nā vt dicit philosoph⁹ necesse est hunc mūdum cōtiguum esse elationibus superioribus. vt ois ei⁹ virtus inde regatur.i.metaphi. igit omis actus inferior dirigitur a sup celestibus et ibi est pugna ꝛ repugnātia virtualis insurgens ꝓpter varietatem corporum celestium. Vn̄ reperiuntur ciuitates naturaliter odiose se habētes: nullis tamē demeritis vel offensa p̄cedentib⁹. Sic reperiunt ciuitates gentes et regna que se naturaliter diligunt. Cū igitur bella oriātur ꝓpter odia sequitur ꝙ bella causentur a motibus corporum celestium que operantur in his inferiorib⁹ attenta necessitate materialis et corporee nature. tamē homo rōnalis pōt resistere: qꝛ aīa sapiēs dn̄abitur astris.c.nabugodonosor.x.ca. vastis ire.xviij.q.iiij. in hoc tn̄ nichil assero: sed credo id quod credit ꝛ tenet militās ecclesia. dixi ergo ꝙ est spirituale humanū bellum qḋ pōt exemplificari theologice ꝛ moraliter. Theologice sic spūale bellum est repugnātia exorta ꝓpter inuidiā ꝛ repugnātiā dyaboli ꝓpter rōnalē creaturā habens fomitē a pctō originali de hoc bello spūali loqtur apls ad Ro.vij.ca. Induite vos armatura dei vt possitis resistere aduersus armis dyaboli. ¶ Moraliter aūt exponēdo spūale: hūanū bellū exortū est ꝓpt repugnātiā rōnis ꝛ appetitus sensitiui. vn̄ apls. Video aliā legē in mēbris meis repugnantem legi mentis mee palea sed pensandum.vi.di. Vn̄ multiplex rō cōsueuit assignari: qꝛ malū pōt quis ꝑ se: bonū aūt nō pōt quis sine grā. Alia rō ꝓpter fomitē originalis pcti ipellētē ad mala. Alia rō.qꝛ facilius iclinat quis ad malū q̄ ad bonū. Naꝫ bonū cōsistit i medio: vitium aūt in extremis ad mediū sit transitus vnica via.tn̄ ad extrema pluribus. imo bella terrestria ortum habuerunt iure diuino. Nam oīs facultas tendens in bonū ideo positiue

nedum permissiue diriuatur sed facul-
tas belli iusti indicendi tendit in bonū.
ergo adeo positiue venit. ¶ Probatur
maior: nam omne datum optimū et om
ne donū pfectū d sursū est descendēs a
patre luminum. j. q. ij. c. ꝗs pro. ¶ Pro
bat minor. nā indictio belli iusti tēdit in
pacem et quietē vniuersi: qr bella gerim⁹
vt pacem habeamus. esto ergo bellādo
pacificus et eos quos expugnas ad pa-
cis vnitatem vincendo perducas. xxiij.
q. j. c. noli. Est igitur finis belli pax. et
tranquillitas vniuersi. ergo infertur a
deo bella originaliter et positiue perue-
nisse. Quid plura nunquid hoc patet
aspectis mūdi generatiōib⁹. Nam a pn
cipio creationis mundi vsqz ad tempo
ra noe: deus per semet ipsum malos ex
terminabat. vt patet de cayin. et lameth
et quibusdam alijs de quibus legitur ge
gnesis. iiij. et v. c. ¶ Ex premissis videt
bella originaliter de iure diuino ortum
habuisse. dicunt tamen aliqui q bella
orta sunt iuregentium. ysidorus j. dist.
ius gentium hermogenianus iuris con
sultus. l. ex hoc iure. ff. de iustitia et iure
tamen credo. vt superius premisi q nō
solum ortum habuerunt ex equitate na
turalis et humane intelligentie create
ymo dispositiue a natura naturāte que
non solum influit super act⁹ humanos
ymo etiam super quibuscunqz animatis
et inanimatis. vt sit verū dicere q bella
habuerunt ortum a iure naturali etiam
vt sic distinguitur contra ius gentium.
Et q hoc sit verum pbatur sic. Cuilibz
naturali creature est insita naturalis in-
clinatio ad exclusionem cuiuscunqz sibi
repugnantis: hoc patet inducendo i sin
gulis naturalibus simplicibus et mixtis
nam aque insitū est resistere igni et ecō
tra ppter repugnantiam qualitatum et
sic in singulis elementis: hoc patet in
mutis in brutis vbi ex naturali repu-
gnantia complexionum vnum inclina-
tur naturaliter ad occisionem alterius
sicut in rationali creatura insita est in-
clinatio a natura et etiam circumscri-
pto intellectuali dictamine rationis ad
profugandū quodcunqz sibi repugnās
q hoc sit verum probatur. Nam natu-
ra omnium pductiua non minus debet
esse solicita in conseruatione rationalis
creature ꝗ aliorum productorum. cum
ipsa ceteris sit nobilior. vt. c. cum infir-
mitas de pe. et re. et alie creature sint sibi
subiecte. l. in pecudū. ff. de vsur. ergo
ex hac inclinatione naturali pmordia-
liter habuit ortum bellum. Cum bel-
lū sit contentio exorta propter tollen-
dam repugnantiam et a iure naturali
inducta sic illa inclinatio naturalis cir-
cumscripta naturali intelligentie. tamē
inclinatio illa regulatur per dictamen
recte rationis sicut diximus in singulis
actibus qui debentur hominibus natu-
raliter. exempla in cibo potu et coitu ꝗ-
uis naturaliter debeantur hominibus
regulantur tamen dictamine recte ra-
tionis. Et est attendū q principi licitū
est indicere bellū i auctentica. de armis
collat. vi. Et est ratio quia nemini sine
licentia principis licet violare iura. vio-
lat autem iura qui ppria auctoritate ius
sibi dicit. soli ergo principi qui superio-
rem non recognoscat licet bellum indi-
cere cum non habeat ad quē recurrat p
iusticia sua. ar. c. lz infi. de elec. C. de iu-
dic. l. nulli. xxiij. q. iiij. c. dominus nota
uit Innocen. c. olim extra. de resti. spo.
Et hoc verum. quando nec indicēs nec
ille cui indicitur recognoscit superiorē
alioquin si indicens bellū recognoscat
superiorem bellum non potest indicere
sine licētia superoris. vt notauit Inno
cen. in. c. olim alleg. facit. vt armo. vsus
l. j. libro. xj. Si autem ille cui indicit
recognoscat et non indicens dominus
suus videtur primo requirendus. vt
faciat iusticiam. c. dominus superius
allegato.

¶ Miles. c. x. cap.

Reuerēde clerice plene isformasti
me quo iure bella fuerunt orta et

quis possit bellum indicē quia princeps
qui non recognoscat superiorem in ter-
ris. Dubito circa hoc an princeps eccle
siasticus scꝫ romanus pōtifex possit bel-
lum contra sarracenos indicere nec nō
contra christianos occupantes patrimo
nium ecclesie. ꝛ an possit ꝛ debeat tali ca
su iuuantibus ecclesiam suas indulgen
tias impartiri. Et videtur q̄ sarracenis
volentibus in pace viuere non sit moles-
stia inferenda. C. de paga. l. christianus
per hoc quod notauit Jnn. extra de vo.
c. quod super his quia non est quis com
pellendus ad fidem. xlv. distin. capi. de
iudeis et. c. qui sinceram et contra perse
quentes tantū videtur indici bellū. xxiij.
q. ii. c. dispar. et per hoc quod dicit apo-
stolus ad romanos vobis iam bella vl-
tra non sunt carnalia pagenda. xxiij. q.
q. iij. in fi. ꝛ ibi notauit hoc archi. ꝛ Ma-
lachie. vij. cap. ab ortu inquit solis vsq̄
ad occasum. magnū est nomen meū i gē
tibus ꝛ in omi loco sanctificatur ꝛ offertur
noie meo oblatio multa Et illud cousti
tues principes super omnem terā nec eo
rum ptās fuit artata vel limitata sed di-
latata ab ortu solis vsq̄ ad occasū a ma
ri vsq̄ ad occasum a mari vsq̄ ad mare
et a flumine vsq̄ ad terminos orbis ter-
rarum seu fines. Item nichil ad papam
de his que foris sunt. ij. q. i. cap. multi in
fi. qꝛ ꝛ iuridictiōes ꝛ possessiones sunt a
pud eos. Nā ab origine deus ppter crea-
turam rōnalē dn̄ia ꝛ posiones introdu-
xit ꝛ sup bonos ꝛ malos facit suū solē ori
ri. Math. v. ꝛ. vi. c. Ideꝫ videt̄ q̄ nec cō
tra occupantes patrimoniū ecclesie pos
sit papa arma assumere. qꝛ arma clerico-
rum sunt orationes ꝛ lachryme.

Clericus. cxi. cap.

Sed q̄ ꝯtra sarracenos sit
bellū licitū ꝓbat̄ sic qꝛ ipsi i
pugnāt xpianos et tunc nō
est dubiū vt in. c. dispar alle
gato. Nā tunc licitū est vim
vi repellere nā qd̄ qs ob defensionē fa
cit iuste fecisse extimatur. ff. de iusticia ꝛ
iure. l. vt vim aut ipsi non ipugnant ꝛ ad-
huc dico q̄ bellum potest eis iuste infer-
ri quia similiter videtur ꝛ verisimile est
q̄ quandocunq̄ ipsi oportunitatem ha-
beant ipugnabunt ꝛ ꝑsequntur xpianos
et ecclesiaꝫ. melius est enī ꝑuenire q̄ ꝑ-
ueniri ꝛ āte tēpus occurrere q̄ post cau
sam vulneratā remedium querere. C.
in quibus causis resti. in integrū nō est
necess̄. l. fi. Naturaliter enī videtur eis
inesse q̄ christianos eis impugnēt. vnde
dicit magister in hystoria scolastica in. c.
de fuga q̄ id qd̄ scribitur Genesis. xvi.
de patre eorum ismael a quo ipsi descen-
derunt vt notatur extra de iudi. c. et si iu-
deos. si manus eius contra omnes ꝛ ma
nus eorum contra eum in regione fratrū
suorum figit tentoria verificatur in sar-
racenis qui de genere eorum descendert
Nam ipsi impugnent omnes. Esto g̃
q̄ aliqn̄ sint in pace ꝛ nos non inquietēt
qꝛ tamē verisimiliter timetur q̄ in futu-
rū pacem ꝑturbabunt non est indulgen-
dū. xxiij. q. i. c. noli. in fi. Et hoc maxime
dico cōtra sarracenos in hispania degē-
tes supposito q̄ in futurum vellēt esse i
pace. ad huc bellum est licitum ꝛ iustuꝫ.
Nam tota illa prouincia hyspanie fuit
xpianorum fuerunt ibi ecclesie. monaste-
ria ꝛ alia pia loca vbi laudabiliter nomē
christi celebrabatur ꝛ isti sarraceni viol ē
ter occuparunt eam nos spoliantes per-
missiōe diuina propter peccata nostre li-
bidinis. lvi. distin. cap. si gens anglorum
lxiij. distin. cap. adrianus. Et sic cuꝫ nos
agamus ad recuperationeꝫ patrie aqua
sumus per violentiam spoliati licitū est
bellum vt in. c. dispar alleg. Et hoc de-
bet iudicari defensio ꝛ nō inuasio ar. C.
vnde. vi. li. i. Et hoc etiam tenet Inno.
in cap. quod super his quia vbi terra fu-
it aliquando christianorum bellum fuit
licitum ipse magis stricte locutus est in
materia ista. Nam tenet q̄ iurisdictio et
dominium possint hodie esse penes infi-
deles Hostien. tamen tenet contrarium.
Et salua veritate videtur q̄ opinio Ho-
stien. sit verior nam ratio Inno. videtur
habere locuꝫ i terra orientali que hodie

a sarracenis detinetur et occupatur. Nam
non est locus in quo nomen xpi non fuerit
laudatum et cultum. vnde de apostolis
dicimus in omnem terram exiuit sonus
eorum. ita et ipse saluator dicit. Eritis
michi testes i omni iudea et samaria et vs
q3 ad vltimum terre. xliij. dis. cā. extimatur.
de xpo enim verificatur illud omnes
reges terre adorabunt et omnes reges seruient
ei. xxiij. qō. iiij. cap. displicet. Ideo
dicit Ho. q hodie non est iurisdictio ne
q3 dominium nec honor. nec potestas penes
infideles. nam per aduentū xpi trāslata
fuerit in christianos Transfertur enim
regnum de gente in gentem propter iniusticias.
xxiij. q. ij. c. de rebus. ¶ Omnia
enim subdita sunt christo oues et boues
insuper vniuersa pecora campi. vt habetur
in psalmo. vbi dicit gl. omnia dicit
quia nec celestia nec terrena dimisit er.
xix. di. c. si romanorum. per oues enim intelligimus
christianos quorum pastores
dicitur esse ipse saluator qui dixit ego sū
pastor bon⁹. pastor bon⁹ ē q aiam suā ponit
pro ouibus suis. Math. x. cap. xxiiij.
questio. iij. cap. tres personas has cōmisit
suis successoribus pascendas. viij. q.
i. cap. in scripturis sed per boues et pecora
campi intelligimus sarracenos tāq3
enim bestie deo relicto colunt ydola. et
sarraceni ad litteram vocantur bestie q3
et ille ysmael pater eorum vocatur a dño
onager. Et est ratio quia futurum
erat vt qui de genere suo descēderēt oēs
bestiarum rabiem super grederentur. et
mansuetorū numer⁹ cōtereretur ab eis.
in sacris enim locis iugulabunt sacerdotes
et ibidem cum mulieribus dormiēt
Et hoc narrat Magister in hystoria scolastica
in predicto. cap. in fuga. Et vere
omnes hanc seuiciam permittente deo
expertisunt in illa. prouincia hyspanie
ar. vij. questi. i. capitu. si citaris. Et licet
iste bestie quo ad ouium Petro non videantur
esse commisse. sunt tamen pedibus
eius subiecte quo ad dominium et
potestatem. vnde de ecclesia intelligit
illud quod Abraham dicit Sarre vxori
sue cōquerenti de ista maledicta agar
ancilla que eam contemnebat. Ecce inquit
ancilla tua in manu tua vtere illa
vt legitur Genesis. xvi. cap. per Sarrā
enim istā sancta dei ecclesia catholica significatur.
per agar ancilla illa maledicta
secta machometi que ab ea traxit originem.
xxiij. questio. iij. c. qñ. et c. si ecclesia
vtatur. et precepit dominus vt eiceretur
et repelleretur. et filij eius ab hereditate
et possessione: ne partem habeant cū
filijs libere. xxxij. questio. iiij. cap. recurrat
et c. dicit Sarra. Nam cum sint filij
ancille et sic serui. Nam partus sequitur
ventrem. ff. de statu hominum. l. in seruorum
immo serui a domino reprobātur extra.
de iudeis. capitu. et si iudeos. et serui
non sunt capaces iurisdictionis dominij
vel bonorum. ff. de iudi. l. cum pretor. et l.
qui. §. si in seruum. ff. de arbi. et de acqui.
re. do. l. liber hō Et sic cum bellum istud
tendat ad defensionem fidei et recuperationem
illius terre qua sumus spoliati
et in qua colebatur christus et sic ad ampliationem
fidei et eiectionem istius maledicte
ancille et liberorum eius. nulli venit
in dubium quin sit bellum licitū. Ideo
romani pontifices semper approbauerūt
istam guerram inducendo et hortando
reges ad istam guerram et concedendo
eis multa subsidia et spiritualia et corporalia
et non sine causa. quia et concilium
generale videtur equare merito istā guerram
facientes. xxxiij. questio. ij. cap. pessima
in fi. Et facit quod notauit archidiaconus.
xxiij. questio. iiij. cap. visis potest
ergo romanus pontifex licite et iuste
indulgentias nedum transeuntibus vltra
mare pro recuperatione terre scē cōcedere
sed etiā volentibus aggredi hyspaniam
contra sarracenos ibidem commorari.
et eisdem rationibus potest indulgentias
impartiri transeuntibus ad partes
ytalie pro recuperatione patrimonij
beati Petri nunc tyrannice occupati et
quotiens in futurum casus similis alias
eminebit.

¶ Mlces. cxxi. cap.



Ne sit vobis molestum reuerande clerice si iterum occurrat, mihi aliud dubium super quod volo per vos informari. Nunquid christianus possit sine peccato ad defensionem suam vti auxilio siue adiutorio infideliu3. Et videtur q non iuxta illud in psalmo ne impio prebeas auxilium et his qui dominum oderunt ne iungeris. et rex Hierusalem fuit per prophetam reprehensus qui voluit se iungere cum regibus israel ysa. c. xxxvi. cap. et. xxiii. q. iii. capi. i. et. c. maximianus.

C Clericus. cxiii.

Contrarium est verum. nam quod quis ob tutelam sui corporis fecerit iure fecisse videtur. ff. de iusticia et iur. l. vt vim. Maxime si se aliter deffendere nequit. et iusta habentur. ff. ad. l. acquiliam. l. scientiam. §. qui cum aliter vel si iuste timet q se aliter tueri non potest eo. t. l. si quis fumo. ignoscendu3 est illi qui qualitercunque sanguinem suum redimere voluit. C. de bonis coeru3 zc. l. i. nec solu3 cum infidelibus z dolosis possumus inimicos impugnare sed etiam per dolum. xxii. q. ii. cap. volem. xxiii. q. ii. c. dominus. nam z cancs in ecclesia propter pacem ecclesie tolleramus. xxiii. q. iiii. cap. quidam. exemplo christi qui cum malis quoque fecit vindictam xxi. q. v. §. hinc notandum. Nam sicut vidimus econtra quia in bello iusto fideles iuuant infideles. xi. q. iii. cap. Julianus. C Et ad deffensionem fructuum terre vtimur arte mathemathica. C. de math. l. horum cum tamen sit vtroque testamento prohibita z Paulus vt ad defensionem suam procuraret phariseos dixit se phariseum. actuum. xxiii. cap. z petit a preside milites quorum auxilio seruaretur illesus. xxiii. q. iiii. cap. maximianus. Machabei qui fuerunt sancti viri et pugiles fidei erant cum romanis vt mutuo se iuuarent. i. Macha. viii. cap. et tamen romani erant pagani et tempore necessitatis communicamus cum excommunicatis et Salomon ligna pro edificando templum recepit ad infidelibus. Et ad primum argumentum in contrarium respondetur q ibi bellum fuit iniustum Ad secundum q illi de israel volebant educere eos de iudea et Hierusalem ad adorandum vitulos aureos. xxiii. q. iii. scz et. c. sequenti. z inter malos procuranda est diuisio z dissentio. Nam vt dicit beatus Gregorius in moralibus sicut noxium est si vnitas desit bonis sic et perniciosum si non desit malis. peruersos quippe vnitas corroborat cum concordat et tanto magis incorruptibiles quanto vnanimes facit. et ideo ille Paulus dixit se phariseum z diuisio facta est inter phariseos z liberationem consequitur actuum. xxiii. c. vbi dicit gl. q sicut vnitas bonorum vtilis est sic vnitas malorum semper bonis nociua est z propter tales salnator. Luce. xxii. ca. dixit q non venit pacem dare in terra sed separationem. vel ysa. lviii. c. Dissolue colligationes impietatis. z fasciculos deprimentes z iam in hostes discordiam ponere seu procurare sapientis est vt de hoc ysidorus in lib. de summo bono. lxviii. ca. de malorum concordia.

C Miles. cxiiii. cap.



Vlterius occurrit in dubius vtrum in bellis licitum sit vti insidiis ad victoriam consequendam z videtur q sic. nam inquit Augustinus. Cum bellum iustum agreditur non refert an apperte vel insidiis quis ad iusticiam perueniat per id etiam quod habetur Josue. viii. cap.

C Clericus. cxv. cap.



Miles reuerende nostis q insidie rumpunt fidem que seruanda est etiam hosti. xxiii. q. i. ca. noli. C Circa hoc tamen dico q insidie proprie dicuntur que tendunt ad fallendum aliquem sed dupliciter contingit aliquem falli vno modo vt si dicatur ei falsum vel si decipiatur contra promissum de istis insidiis nunquam vtendum est etiam contra hostem que

inter hostes sunt quedam federa servā da. Aliomodo potest falli. vt quia non aperuimus sibi ppositum nostrum. vel ponimus insidias in nemore vel alias ꝛ hoc est licitum ex quo cōtra pactum non venimus. Unde illud est vnum ex pncipalibus mandatis inter milites ꝙ secretum non aperiamus hostib⁹. xxiij. q. ij. c. dominus: hoc idem tenet iohannes. c. vtiles. xxij. q. ij. vbi hoc videt satis innuere. ¶ Quoniam de bellis et duellis fit aliqualiter mencio. que vt in pluribus ꝛ sepius inter illos q cōmuni nomine nobiles appellantur consueuerunt exerceri intentionis mee est vobis domine miles luce clarius ostendere ꝙ nullus debeat dici nobilis a natiuitate. Et primo sic. nam Job. xiiij. c. legitur mortui sūt nobiles: ignobiles fuerunt filij eorum. ꝛ non interierunt. Preterea que ex natiuitate habentur non pnt tolli per principem insti. de iure natura li. §. sed naturalia sed nobilitas potest immutari qꝛ si filia senatoris nubat plebeio perdit nobilitatem. l. femine. ff. de sena. l. j. ꝛ l. mulieres. C. de digni. libro. xij. ¶ Item si esset dare hanc nobilitatem puenientē a parentibus tunc arguatur sic aut primus parens fuit nobilis aut ignobilis. si pmomodo omnes erim⁹ nobiles. si secūdo modo omnes ignobiles quod est falsum. Et sic originaliter vn⁹ non videtur nobilior altero: qꝛ omnes sumus de eodē parente. s. adam. ¶ Itē dicit plato. vt recitat seneca ad lucillum eē neminem regem nō ex seruis esse ortum ꝛ neminem seruū non ex regib⁹ esse ortum. Confirmat per vnam legē que dicit ꝙ decies milies ex paupēribus diuites ꝛ ex diuitibus pcesserunt manes in auctentica. vt omnes obedi. iudi. prouinc. §. j. coll. ac. vnica. Quandoqꝫ enim lex vel pnceps dat dignitatem seu nobilitatem. l. j. de dignitatibus allegatā.

¶ Miles. xvij. cap

Miror clerice ex eo ꝙ nobilitatem sic ab negatis dicitur enim ecclesiastici. x. c. beata terra cuius rex nobilis est glo. id est de stirpe regia. ad hoc. l. j. C. de digni. lib. xij. l. senatoris filium. ff. de senatoribus que omnes innuunt nobilitatem gnis. Et si queratis vnde pmo pcessit ista nobilitas generis. Respondeo nunc succincte ꝛ forsan ita lati⁹ ꝙ a nobilitate morū vel virtutis vere vel presumptiue cum aliqui erant virtuosi ꝛ pbi tunc populi siue principes insignum nobilitatis seu virtutis sibi concesse inter possessiones. vt in signum pbitatis seu meriti tenentur in feudum cum posteris suis ꝛ descendētes ex eis nobiles possunt vocari. Et potest induci. exemplum sacre scripture dominus enim assumpsit de pascuis sequentem gregem ꝛ cōstituit eum in regem p cui⁹ regni adeptionem omnes ex eo descendentes nobilissimi appellant. vt in psalmo. Elegit dauid seruum suum de gregibus ouium de post fetantes accepit eum. ¶ Item pdia assignantur militibus in signum virtutis. ff. de rei vendi. l. Item si verberatum. §. ij. de euic. l. lucius de fund. limi. l. ij. ꝛ iij. pbatur. ff. de censi. l. j. ¶ Ad contraria ea que sunt iuris naturalis non possunt tolli per imperatorem ꝛc. Dico ꝙ imperator vl rex non possunt totum ius naturale immutare. sed bene possunt iuri naturali derogare: vt patet in seruitute. qꝛ omnes homines iure naturali nascebantur liberi tamen huic iuri naturali derogatur per seruitutem vel aliter non derogatur iuri naturali: sed obumbrat in hac parte. Ad aliud omnes sumus ab adam non sequitur quoniā aliqui sunt dotati maiori virtute q̄ alij. ¶ Ad auctoritatē platonis concedo satis ꝙ per prefatū modū nobilitas potest acquiri ꝛ cōtinuari in descendētibus sic per dissuetudinem ꝛ nō vsum potest amitti ꝛ annullari nobilitas. ¶ Ex his infero ꝙ potest pscribi nobilitas quod potest sic pbari: qꝛ si seruus gerat se p libero pscribit libertatem ergo a simili. Si aliquis cum pdecessibus suis gesserit se p libero nobili poterit prescribere nobilitatem. C. de

prescrip.longi.tempo.l.ij.dico tanto tẽpore q non extet memoria in contrariũ ff.de aqua coti.z esti.l. hoc iure.§. duct⁹ aque. vnde quasi possidetur ista nobilitas arg. legis.si quis diuturno.ff.si serui.vendi.

¶ Clericus. C.z.xviij.cap.



Upposita ergo nobilitate Quero rex diligebat vnu3 ignobilem z volebat eum nobilitare. ignobilis ille renuebat asserens q nũq̃ de genere suo aliquis militauit nec ipse primus inciperet nichilominus rex dedit sibi supra collũ. dicens verba assueta miles esto. Utrum ergo iste erit nobilis et videtur q sic. ¶ Pro cuius euidentia suppono q nobilitas que datur per principem infertur in alium ex mera gratia concedentis non ex aliqua necessitate ex meritis illi⁹ cui concedit prouenientẽ in auctentica. vt iudi. sine quoquo suffrag.§. Itaq3.j.q.j.c.gratia Certe cause tamen possunt impellere concedentem ad hoc faciẽdũ ymo propter virtutẽ illius cui concedit.l. vt virtutum p̃mia.C.de statu z yma.aliquando etiam ꝑpter actum viciosum illius cui conceditur.ff.de origine iuris.l.ij.§. preterea cum apius ibi ꝑpter furtũ q̃s consecutus fuit dignitatem z officium. ¶ Et hoc videmus quandoq3 per experientiam accidere q principes seculares z ecclesiastici nobilitãt z exaltant male meritos ꝑpter eorum actus viciosos atq3 demerita: male tamen q2 peccant mortaliter p̃ferendo indignos dignis. ¶ Tertio conceditur nobilitas nulla cõsideratione habita ad virtutes seu vicia vt in muliere que nobilitatur propter maritum.l.j.de digni.superius allegata z mater ꝑpter filium.l.j.ff. de sena. ¶ Ex quib⁹ sequitur q nobilitas cadit in ignorantes: q2 vt dictum est nobilitas cadit in acceptione illius: q̃ nobilitatem confert z nõ illius qui recipit sicut dilectio mea per quam accepto te in amicũ potest contingere te penitus ignorante. qd̃ p3 in eo q̃ vt statim nascit nobilis est licet consensu careat. vt in auctentica de defen. ciui.§. sed iterũ z merito poterit acquiri nobilitas cũ sit act⁹ qui dependet ex sola voluntate concedentis z non recipientis. Ex quib⁹ potest inferri q aliquis possit nobilitari in puncto mortis q2 potest cõferri ignorãti sicut z legatum.l.cum pater.§.surdo. ff.de leg.ij. videtur ergo q iste nobilis militabit velit nolit.

¶ Miles. C.z.xix.cap.



Redo totum contrarium q2 z si illa nobilitas dependeat ex voluntate cõcedentis dico tamẽ q terminat in personam illius q̃ deb3 effici nobilis z videtur quasi quidã contractus qui non potest ꝑfici nisi ex consensu voluntatum contrahentium: dico vere vel p̃sumptiue.l.j.§.j.ff.d̃ pac.fa.l. iij.C.qui mili.pos. Et per hoc respondetur ad cõtraria. Nec obstat quod arguitur de illo qui vt statim nascitur nobilis est q2 hoc cõtingit in nobilitate generis que ratione sanguinis defferetur z transfert in aliũ etiã ignorãtẽ quẽadmodum z alia iura sanguinis quibus nec pacto renunciari potest.l.iura sanguinis.ff.de pactis. Nos autẽ loquimur de nobilitate que de nouo confertur p principem.

¶ Clericus. C.z.xx.cap.

Ed nunc instãcius quero qualiter rex vel quis alius de vno puro rustico possit facere militem z nobilem. Et videt q nullomodo q2 veritatem rex vel imperator non potest immutare q2 propter nostrum affirmare vel negare nichil mutat in re scd̃3 philosophũ.arg.leg.ij.ff.de vsufruc.ea re.que vsu cõsumitur.

¶ Miles.c.xxi.cap.



Otest distingui q2 aut loq̃mur de nobilitate relata ad ꝓgenitores q natus sit ex nobili gentela. Et tunc dicendum est q illud est impossibile q natus sit ex nobili gente-

la q2 illud factum est nec in fieri esse potest. l. in bello. §. facte. ff. de cap. vel loquimur de nobilitate relata ad se ipsum: & tunc dico q imperator bene potest vel rex aliquē nobilitare faciendo eum militem vel alias. Et hoc videtur dicere. l. de illo qui ius aureorum anulorum impetrauit q honor eius auctus est: conditio autē nō immutata. ff. de pdi. indebi. l. falsa demonstratio faciunt iura. ff. de natali. resti. l. j. & fi. &. C. de proxi. sacro. scrini. l. iubemus. & sic habebit ymaginē nobilitatis quo ad opinionē tamē vulgi quodāmodo rustic⁹ remanebit. arg. l. ij. C. de iure aureorū anulo. quam opinionem nec papa nec imperator immutare posset extra. de sy. c. per tuas. ij. ¶ Ad rationes respondeo q reuera nō mutat sed bene conditionat quo ad effectus generales.

¶ Clericus. Cxxij. cap.



Vrsum circa istam nobilitatē quero q=dem miles creatus per regem serenissimus in armis de genere tamē ignobili: alius est de genere nobili de se tñ non est nobilis q2 non exercet actus strennuos. sed sedet iuxta caminū. quis istorum pferetur in honoribus sessionibus & similibus videt q nobilis nobilitate generis pferatur in honoribus q2 qui potiora iura allegat est pferendus. l. j. C. de edic. diui. adri. tollendo: sed iste allegat ius naturale qd est forcius q nobilitas accidentalis. ergo &c. insti. de rerū di. §. singulorum. v. di. quasi per totum.

¶ Miles. Cxxiij. cap.



Idetur cōtrariū q magis cōmendat quis de facto pprio q alieno. ff. de ope. li. l. cū patronus. §. cū libertus iuncta. l. nec adiecit p socio. Etiam magis infamat de facto suo q alieno. l. furti. §. si quis alieno. ff. de his qui no. infa. sed sic est q iste nobilitatus de nouo de suo pprio facto cōmēdat. ergo &c. Itē facit auctoritas socratis si laudas aliquē: q2 generosus parētes ei⁹ laudas: si q2 diues diuicias laudas si q2 formos⁹: expecta modicū & nō erit sz si laudas aliquē q2 virtuosus tūc ipsz hominē laudas. facit. C. de diuer. offi. l. ad splendioris. ¶ Item dicit lex q vrbana mancipia recognoscuntur. non ex loco vrbano seu rustico: sed ex operibus ipsorum. Nam qui operā rusticam exercet rusticus est. qui vrbanā vrbanus dicetur. Non igitur ex loco natiuitatis: sz ex operibus & virtutib⁹ vnusquisq gratiam sibi cōparat q2 adam extra paradisum creatus est. eua vero in paradiso. xl. di. c. illud. &. c. quelibet ea. di. Quid paradiso iocundius: quid celo securius. et tamen homo de paradiso: angelus de celo cecidit. ¶ Ex quibus videtur istū strēnuū militem preferri debere. Finaliter tamen domine clerice rationibus vestris concedendo q nobilis nobilitate generis pferēdus est nisi tāta esset illi⁹ strēnuitatis progatiua q scdm opinionē omniū nō immerito deberet anteferri vt aliis cederet in exemplū. Hoc potest pbari per vnam legem que dicit q vn⁹ debet alium pcellere in gradu scdm tēpora nisi sit alius qui labore vincat. Nā si testimonio. xv. primatū ius ordinis sit pbatū pferendus est. Et hoc nisi a primis sacrorū scriniorū aliquis sit genitus q2 tunc solet facilius anteferri p. l. vnicuiq. C. de pri. sacro. scrini. l. xij. Et illud est de consuetudine que est optima legū interpres. Contraria vero concluserūt de nobilitate theologica quo ad deū de qua supra tetigit. ¶ Et est aduertendū de ista nobilitate q plures fuerunt antiquorum opiniones vna eorū fuit opinio q nobilitas ē antiqua possessio eris: seu diuiciarū: cum puleris moribus seu regiminibus. Sed ista opinio ab aliquib⁹ reprobobatur q2 diuicie nō possunt dare nec auferre nobilitatē qd apparet q2 diuicie de se sunt viles & qd vile est nobilitari nō potest vilitas autē earum

apparet q2 diuicie congregate non quie
tant animũ. sed maiorem curã tribuunt
Et preterea pluribus alijs modis con=
tingit nobilitas q̃ istis. Sed cõtra isto
rum reprobationẽ posset argui: q2 diui=
cie conferũt ad magnanimitatẽ que est
virtus moralis. vt habetur p sanctũ Tho
mã. in secunda secũde. q. c. xxviij. z phs
iiij. ethicorum vbi tractat de nobilitate.
¶ Item quicquid confert ad felicitatẽ
confert ad nobilitatẽ scdꝫ eundẽ sed di
uicie conferunt ad felicitatẽ q2 sine eis
non contingit hominem esse felicẽ ſm
philosophum pmo ethicorũ. Et videt
approbare phus quinto politicorũ cir
ca pncipium vbi sic ait. Nobiles esse vi=
dentur quibus existunt pgenitores vir
tus z diuicie. ¶ Finaliter tamen cõclu
do q diuicie non sunt nobilitas seu di=
gnitas nec nobilitatẽ possunt dare dire
cte possunt tamen esse causa remota ob
quã nobilitas possit contingere z sic cõ
cõcludunt rationes in oppositũ. ¶ Se
cunda opinio fuit q solum antiqui boni
mores faciunt quẽ nobilem istorũ opi=
nio reprobatur. Nam isti videntur psup
ponere q ex vili patre nõ potest descen
dere nobilis filius quod patet quia req
runt antiquitatẽ z sic sequeretur q om=
nes sumꝰ nobiles vel omnes ignobiles
q2 primus parens fuit nobilis. Ergo
omnes nobiles. Si primꝰ parẽs fuerit
ignobilis. Ergo oẽs ignobiles q2 nũq̃
in persona alicuius potuit incipere nobi
litas secundũ illam opinionẽ. Aut ipsi
habent dicere q mundꝰ fuit ab eterno
cũ multitudine hominũ quod est falsum
z cõtra fidem christianam sic reprobant
aliqui dicta opinionẽ. ¶ Sed tñ q̃tũ
ad veritatẽ illud qd est dictum q ex vili
patre nõ possit nasci nobilis filius: naꝫ
requiritur antiquitas morũ zc. Non vi
detur esse verum. nam ista potest esse in
vno homine q2 si durauerit lõgo tpe. x.
vel. ix. annis in bonis moribꝰ cẽsent an
tiq boni mores. ff. de leg. l. de qbꝰ. vnde
ex istis actibꝰ virtuosis nõ erit nobilis.
nec est verũ vnũ cõsequẽs qd ponũt sic
q oẽs essemus nobiles aut ignobiles.
¶ Pone eñ quidã fuit nobilis nobili=
tas eius transit i filios nisi p eorꝫ delicta
amittant. nam ppter delicta quis infa=
matur z ppter infamiã pditur dignitas
z nobilitas. vt. l. j. z. l. quotiẽs. C. de di
gni. libro. xij. Si ergo aliquis ex filijs se
gessit virtuose retinet nobilitatẽ. si vi
uit viciose perdit nobilitatem z erit ple
beius. Et ita fuit de facto in caym qui
occidit abel fratrem suũ q pdidit prĩs
nobilitatẽ. vt habet geñ. iiij. c. Et d hoc
multa exẽpla ponũtur p maximũ valeri
um sub rubrica qui apparentibus de ge
nerãt. ¶ Item pone ex eodẽ patre no=
bili nasci vnum filiũ legitimũ aliuim ba
stardum certe ad legitimũ transit nobi=
litas non spuriũ. vt. ff. de statu ho. l. cuꝫ
legitime z de sena. l. liberos. ¶ Exem
plum in abraham qui habuit filiũ legi=
timũ z filium ex ancilla geñ. xxj. c. licet.
ergo iste reprehensiões verum videant
cõcludere verũtamẽ non arbitror q an
tiquitas morũ sit nobilitas nec nobili=
tatẽ facit sed potest esse causa nobilita=
tis. ¶ Tercia opinio fuit q illi dicant
nobiles q descendũt ex parẽtibꝰ nobili=
bus puta patre vel auo. licet ipse descẽ=
dens sit modice conditiõis. illud rephẽ
dũt illi eisdem rationibus quibꝰ rephẽ
dunt pdictam opinionẽ. vt videt pdi=
cta opinio psupponere q nõ sit nobilis
nisi qui nascitur ex nobili z q ex rustico
nõ possit nasci nobilis. Pone eñ vnus
rusticꝰ incepit esse valẽs z pbus hõ: z te
nere statũ nobilitatis certe ipse non erit
nobilis: q2 illa rusticitas nõ potuit per=
fecte purgari in eo. sed filij ex nepotes
erunt nobiles sicut quotidie videmus
in rusticis peruenientibus ad aliquẽ gra
dum ciuilitatis. Unde ex patre ignobi
li: sed tamen valenti nascitur filius vel
nepos nobilis. ¶ Unde sciẽdum est q
ex parẽtibꝰ nobilibꝰ qñq3 nascit filꝰ bo
nus z virtuose viuens z iste erit nobilis
quãdoq3 nascit filius reprobus qui ha=
bet mores malos ex quibus est infamis
z tunc perdit nobilitatem. vt. l. j. C. de

mentia permixta cum iusticia dulcis est et suauis: crudelitas quia non est permixta cum clementia cruda et aspera. Ponderat tamen culpam in puniendi. sed excessiue et vltra modum et sic discrepat a seuicia que non considerat culpam in puniendo. ¶ Et opponitur ista crudelitas clementie primo sumpte tanquam asperum suaui vt est probatum: procedit ergo questio in clementia primomodo sumpta dum excedit a suis terminis declinando ad secundam clementiam que bestialis est talis clementia sic excedens potest vocari nimia. in questione proposita procedit ex illa parte in crudelitate que considerat culpam puniendi excessiue tamen. Et talis crudelitas pot nimia iusticia nuncupari. ¶ Quibus premissis pro euidentia terminorum eligo illam partem quod nimis dannosum sit rei publice quod princeps habeat nimiam iusticiam in se et hoc iuribus pro parte illa allegatis. Non obstat lex imperialis in contrarium allegata quia ipsamet videtur respondere et soluere. Verum enim est quod christi sumus ymitatores in terris in quantum nostre fuit possibile. vt ibi non in omnibus. Nam iudicia dei ab[illegible]ssus multa vt in psalmo et tanta non posset esse similitudo creatoris ad creaturam quin maior sit dissimilitudo notanda. c. damnamus vltra medium extra. de sum. tri. c. gaudemus. de diuor. Et preterea illa christi clementia potest intelligi de clementia permixta cum iusticia et hoc vult dicere psalmista virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt transsumptiue. xlv. di. c. disciplina.

¶ Clericus. Cxl. cap.



Rursum reuerende miles quia superius visus fuisti regem francie modernum ab actibus tirannicis excusare. Quero quo iure potest rex francie gabellas impositiones et alia onera importabilia et subditis impossibilia imponere. Numquid realia et etiam personalia/numquid iste actus est tirannicus: tenet enim per hoc populum in seruitute cum potius eos deberet a iure seruitutis erigere. C. de offic. prefect. affri. l. in nomine domini ibi fortissimos viros tirannos erecximus.

¶ Miles. Cxli. cap.



Quia queritis quo iure rex francie possit gabellas impositiones et alia onera extra ordinaria subditis indicere. ¶ Respondeo per textum. in. c. si quibusdam. §. preterea extra. de verborum signi. vbi dicitur quod omnia pedagia sunt interdicta que non apparent imperatorum aut regum largitione concessa vel antiqua consuetudine a tempore cuius non extat memoria introducta. patet igitur quod reges maxime qui non cognoscunt superiorem in terris possunt tales exactiones introducere cuiusmodi est rex francie. Hoc expresse notauit Innocen. in. c. innouamus extra de censi. reges enim possunt imponere noua pedagia vel impositiones: peccant tamen si hoc faciant sine causa. Cum enim imponuntur. vt pro defensione rei publice contra predones in terra: vel contra piratas in aqua. vel pro deffensione fidei et patrie: contra paganos vel hereticos vel alia simili causa: si recipiens faciat illud propter quod fuit impositum. libere et sine scrupulo conscientie potest recipere. alioquin si in alios vsus conuertantur: sanguis et sudor laborum subditorum de manibus dominorum in die iudicii exigetur: et clamor ipsorum tunc exaltabitur in eternum. Nunc enim in isto seculo. pauper dum non habet quid offerat nedum audiri contempnitur: sed etiam contra veritatem opprimitur. c. pauper. xi. q. iii. Vnde sciendum quod regulariter non debet dominus petere a subditis nisi ea de quibus ante eum et eius antecessores plane ac bona fide sine dolo et coactione conuenit. omnia ergo ab initio imposita dummodo non sint turpia vel contra deum: possunt peti et de-

bent solui. Quia quilibet in traditione rei sue legem quã vult põt apponere. c. j. extra. de pactis. Et isti sunt redditus ordinarij regum ꝛ aliorum principum. Et quicquid subditus de hijs redditib⁹ ordinarijs sine domini volũtate subtraheret vel diminueret vel celaret: sicut fur restituere teneretur iuxta dictũ saluatoris reddite q̃ sũt cesaris cesari ꝛc.
¶ Credendum enim est q̈ iusta de causa isti redditus fuerunt ṗncipibus concessi sc꜡ ꝓ defensione patrie. ꝓ iusticia inter populum exercenda: ꝛ similibus de causis: ita tamen q̈ dominus cõpleat illud ꝓpter quod dicti redditus fuerunt instituti. Si enim princeps iusticiã denegaret subditis. vt pote appellãtes non reciperet vel patriam non defenderet tales redditus ordinarij et etiam extraordinarij gabelle impositiones foagia ꝛ similia si sint inducti tales reddit⁹ extra ordinarij iusta de causa sc꜡ ꝓ defensione patrie, nec eo modo defendat quo possit ꝛ debet: nec redditus ad illũ vsum: sed in alium conuertãtur. tunc tales redditus ordinarij iuste possent denegari. ymo iure scripto super dictamine recte rationis fundato: meritos regimine tanq̃ indignus foret deponẽ dus. Et si in regimine totius regni sic negligeret omnino deponẽdus. ꝛ liceret populo alium ṗncipẽ eligere si in parte regni solum hoc negligeret liceret populo illius loci alium sibi ṗncipem eligere maxime quãdo talis esset ṗnceps q̃ superiorẽ nõ recognosceret in terris. Exercitus enim sibi ducem elegit. tertia di. c. legimus. Sed si populus ĩ hoc sit remissus amore timore deponẽre: saltem dictus ṗnceps in foro penitentie ĩducendus est ad restitutionem. Et sic apparet ex aliquibus indicijs vel circunstancijs q꜡ restitutio sit impossibilis vel difficilis. vt pote q꜡ dictos iam reddit⁹ sic iniuste perceptos in alios vsus conuerterint. Cõsuli posset talibus principibus q̈ in contemplationem remitterent subditis aliquã seruitutem: que cõmuniter leuaret verbi gratia remittat foagia si illa recipiat in regno suo: seruitus enim illorum foagiorum est pauperibus intollerabilis: propter multiplices excessus exactorũ: ip̃is etiam dominis sepe ignorantibus ꝛ inscijs. Clarũ est enim ꝛ docet experientia q̈ quando foagia ab initio fuerũt inducta taxate fuerunt parrochie scḋm numerum focorũ. Et tunc pone in vna parrochia: tempore taxationis erant centum foca: que tunc imposita ad centum francos: cursu temporis superuenientibus pestilentijs ꝛ mortalitatibus ꝛ guerris validioribus tunc in illa parrochia super sunt xx. foca vel forsan decem tantum. vel pauciora. Nihilominus ex actores talium tributorum seu foagiorũ compellunt dictos viginti vel decem superstites ad soluendũ integraliter centũ frãcos vt sic onus excedentium vel recedentiũ vel decedentium eis sine emolumento cõtra omnia iura ꝛ ꝯtra rectum dictamẽ rationis accrescat: insuper. vt est de more pauper vltra diuitem vbiq̃ vexatur ꝛ spetialiter in istis foagijs. Nam cum diues deberet subleuare pauperem ecõuerso cõtra naturam ꝛ omnimodã rationem per cõpatres ꝛ cõmatres amore vel odio pauper releuat diuitẽ. et dũ non habet quid offerat contra veritatẽ opprimitur. ꝛ sic in istis foagijs nulla equalitas ymo in equalitas obseruatur et ibi nulla pietas. sed impietas horribilis in habitat. Nuper enim vidi requestam cuiusdam mulierculae vidue que septem habebat filios ac filias: que suã exponebat querelam contra vnũ exactorem foagiorum qui cum sibi vna sola superlectilis ꝛ culcitra super essent vbi dicti filij ꝛ filie iacebãt ille ex actor dictos pueros inhumanit̃ de lecto eiecit: ꝛ ꝓ foagio soluendo venditioni exposuit. et ita dicte paupercule vidue cum septem filijs nichil penitus remansit. supplicabat sibi de remedio ꝓuideri. In alijs vero exactionibus semper aliquid remanet soluẽti. quia si pro libra soluat duos

decim denarios: saltem sibi remanent. decemnoue3 solidi. si tredecimas ptem soluat: remanent sibi duodeci. Si sextā ptē: remanent sibi quinqꝫ. Et idem de quacūqꝫ ex actione que soluitur ꝓ quotam partem hic autem in istis foagijs quandoqꝫ nichil super est soluenti. Cōsulatur cuilibet ꝑncipi in foro consciencie ꝙ a tali iugo seruitutis suum liberet populum maxime in compensationem suorum defectuū ꝛ remissionē peccatorum. vt si quādo neglexerit populū defendere iusticiam exhibere vel si puent⁹ ordinarios vel extra ordinarios in alios vsus cōuerterit ꝙ̄ in illos in quos ex debito officij tenebatur. Quid enim ꝓdest homini si vniuersum mundum lucretur anime vero sue paciatur detrimentum. c. Matheus extra. de symonia qua conscientia potest quis in sudore vultus alieni sib: thesauros infinitos congregare: ¶ Scio tn̄ ꝙ sūt quedā cause propter quas pōt ꝑnceps ꝛ licite tallias nouas subditis imponere. vna est pro defensione patrie cum inuaditur ab hostibus iniuste. extra. de immu. eccle. c. peruenit. Altera est si dominus vult ire in exercitum inductum ab ecclesia cōtra scismaticos hereticos seu sarracenos nec de suo siue graui damno expensas facere posset. ¶ Tertia est si dominus i guerra vel in bello iusto ex parte eius sit ab hostibus captus nec de suo sine graui damno redemptionem soluere possit. ¶ Item quando dominus filium militem facit vel filiam nuptui tradit vel nouam terram comparat. Ista enim respiciunt commoda subditorum quia ex talibus dominus fit potencior vel dicior ac per hoc parcere poterit subditis in futurum. ꝛ non videtur ꝙ pro talibus possit recipere a subditis vbi est constitutum vel consuetum dūmodo recipiat moderate. Si autem dominus velit ad aleas ludere vel vltra vires in voluptatibus vestibus hospitibus castris non necessarijs ad tuitionem rei publice edificandis expendere non debet propterea a subditis aliquid extorquere quod si fecerit ad restitutionem tenetur. Et idem si sit captus in bello iniusto quia totam redemptionem vel partem non potest a subditis exigere. ¶ Alij vero distingunt circa tallias imponēdas dominis. aut subditi sunt serui aut liberi Si serui domini simpliciter possunt eis facere seu imponere etiam propter bonum dominorum tantum: ꝛ serui tenentur dictis dominis obedire quia seruus ꝛ res eius sūt possessio domini. vnde philosophus primo politicorum dicit. ꝙ seruus est res possessa. Et ideo si fugiat domino debet restitui. de seruis non ordi. c. de seruorum. Si autem sunt liberi. ita ꝙ dominus dominetur politice aut dominus ille est rex vel princeps aut domin⁹ inferior. si sit rex potest auctoritate sua propria pro vtilitate boni cōmunis de nouo tallias imponere cōpensata subditorum facultate. ff. de publi. ꝛ vectigal. l. vectigalia: quod debet intelligi nisi facultates sufficiant regi vel principi pro defensione rei publice Si autem ille tallie nullomodo sint ad vtilitatem boni communis / nec rex / nec princeps / potest eas imponere. quod si imposuerit subditi non tenentur obedire / quia potestatis sue limites exit. Si autem sit inferior non potest subditis tallias imponere: ꝛ si imposuerit cum exit limites potestatis sue subditi non tenentur obedire: maxime quando sine consensu regis vel principis imponuntur. et hoc est expressum extra. de censi. c. innouamus. C. noua vectiga. inscio princip. insti. non pos. l. j. ꝗ. iij. ꝛ. iiij. Sciendum est etiam ꝙ aliquādo tallie que de nouo imponuntur sunt directe ad vtilitatem boni communis: puta quādo sunt ꝓ defensione fidei vel regni. quandoqꝫ vero indirecte ꝛ non ita aperte. vt quando aliqua iniuria infertur regi extra regnum suum. vt puta quia ab aduersarijs detinetur frater

regis vel filius vel aliqua terra q̄ de no-
uo deuoluta est regi: occupatur violent
ab aduersarijs. tunc rex potest impone-
re subditis tallias mediātibus quibus
possit fratrem vel filiū seu terras recu-
perare hoc enim redundat in vtilitatē
subditorum: quia cū rex viriliter impu-
gnat aduersarios ex hoc ipse magis ho
noratur ⁊ ab aduersarijs timetur ⁊ per
cōsequens eius subditi fideles gaudēt
et bona sua securius possident. vnde er
go in tali casu si ad hoc regis non suffi-
ciant facultates potest a subditis auxi
lium moderatum implorare. videt̄ tn̄
ꝙ negocio expedito si regis facultates
augeantur et alique cōmunitates nota
biles sint grauate rex eis subuenire de-
bet sicut sibi in sua necessitate subuene
runt. Cum enim caput patiatur ⁊ mem
bra alia subministrant ⁊ similiter econ-
uerso caput alijs membris. ¶ Scien-
dum etiam ꝙ quia facultates regū sunt
eis concesse propter promotionē et def
fensionē communis vtilitatis. si facul
tates regis sufficiāt ꝓ deffensiōe regni
vel fidei non debēt in illo casu subditos
talliare. Nō tamen est dicendū faculta-
tes regis sufficere quādo nō potest re
gnum vel fidem deffendere nisi ita de-
pauperet̄ ꝙ sibi nichil remaneat in the
sauro quo se iuuare posset. Si iterum
infra breue temp⁹ ab alijs aduersarijs
inuaderet̄ maxime si plurimos habeat
insidiatores tali enim regi est necessari-
us thesaur⁹ pecunie quia aduersarij sci
entes enim sic esse munitū magis time-
bunt eum et ex consequenti magis pa-
cifice possidebit regnum suum. ar. l. j. ff
vbi pu. ⁊ mu. edu. debet licet multo ma
gis sibi proficiat thesaurizare amorem
subditorū q̄ȝ aurum vel argentum.

¶ Clericus. cxlij. ca.

REuerēde miles nūc aduertat ꝫ et
verba mea aurib⁹ pcipite. Illi soli
magnatū grāȝ admittūt̄ q̄ eos palpāt
diuicijs gabellis et impositionibus ta-
les ampliant principes immēsis largi-
tionibus atq̄ beneficijs quos potius
torquere debuerant et a presumptione
adulandi deterrere. ¶ Legitur ꝙ athe
nienses thimogoriam inter officia salu
tationis dario adulantē capitali suppli-
cio affecerunt. lacedemoniorum etiam
senatus aristolium interimi iussit Ideo
ꝙ maluit viris detrahere occulte q̄ȝ pu
blice et constanter arguere atq̄ in hijs
tam adulatoribus q̄ȝ detractoribus si-
lentium indixerunt. ¶ Porro lauda-
tur hodie peccator in desiderijs anime
sue et iniquus benedicitur. mordatissi-
mus detractor in absentia nichil princi
paliter proponit: sed quod placere esti-
mat verba oris eius iniquitas negat
quis nego ait. aio si dixeris estuo sudat
si frigesceris/ tremulat flet cum flenti-
bus: ridet cum ridentibus Quid appo
netur ad hanc linguam dolosam: vtinā
apponantur sagitte qui eam transfodi
ant ⁊ carbones q̄ eam incendant vtinā
in seraphin qui celesti carbone ꝓphete
labia emūdasti gehennali flāma totum
os et linguam emūdando destruēs. sic
laborant/ hodie nostri curiales in labo-
re et erumna in vigilijs multis in peri-
culis magnis periculis fluuium perico
lis pontium periculis montium pericu
lis in falsis fratribus in mortibus fre-
quenter in confractione in lassitudine
corporis atq̄ labijs vite discriminibus
in quibus gloriam martirū mererentur si
hoc pro christi nomine sustinerēt. Nūc
autem sunt martires similiter inuidi ꝓ
fessores per multas tribulationes intrāt
in regnum celorum hij autem per mul-
tas tribulationes promerētur infernū.
dominus quidem ambitio que ad amo-
rem diuiciarum acquisitiones plures
excitat facit eos plures labores insensi
biliter sustinere et semper paratus ap-
petit ampliores. Scio quia eos qui in
curia regis morantur aut potius mori-
untur. spes regie liberalitatis frequen-
ter exilarāt q̄ quandoq̄ in multos me-

gnisse se effundit. Sperat autē vnusquisq3 sibi eventurum quod videt pluribus euenisse sub ista duplici expectatione ꝛ incerta tediosa delectant: grauia leuigantur: amara dulcescunt: expensas etiam q̄uis auari nō senciunt sic vt nō perdat non cessat perdere lusor ꝛ reuocat cupidus alea blanda manu⁹. Illud in curia detestabile est q2 magis diligit minus diligitur imperiti etiam ꝛ omnino inutiles elongacioribus donis atq3 beneficiis ampliātur diuicie acumulātur diuitibus. Nec est qui respiciat ad inopem ꝛ mēdicum: helise⁹ vasa implebat vacua: ꝛ defficientibus vasis vacuis stetit oleum. Incuria vero contemnuntur vasa vacua: ꝛ plena implentur ligna in siluas: ꝛ aquas in maris deferuntur. Sane licet obsequium ꝛ reuerētiam debeant prelati ecclesiastici principibus ꝛ maxime regi tanq̄ precellanti tamen efficatius possent in ecclesiis deseruire principibus q̄ in castris. Nec deberent reges ꝛ ceteri principes a suis ecclesiis eos aduocare in diuini officii preiudicium ꝛ grauamen. simpliciores ꝛ alii illiterati qui i ecclesiis residere nō tenentur si in obsequio regie maiestatis militare proponunt non arbitror hoc absurdum.

¶ Miles.clxiii.cap.



Adulatores ꝛ detractores excusare non intendo. Scio q̄ curiales per multas tribulationes transeunt ꝛ q̄ plures miserias patiuntur: ista est vita humana quedam milicia super terram: nec aliter virtutum premia cuiq3 tribui opportet quia dulcia non meruit qui non gustauit amara. si igitur digne principi seruiant: secundum deum ꝛ saluam conscientiam: in isto vel alio seculo premia consequentur. ¶ Qui autem reges arguitis: q̄ episcopos ad se aduocant ꝛ ipsos suos faciunt consiliarios non est quidem nouum q̄ regum consiliis intersint episcopi: sicut enim honestate ꝛ sapientia ceteros antecedunt: sic expeditiores ꝛ efficatores in rei publice administratione censentur quia sicut scriptum est. Vanus salubriter disponitur reg num qd non regitur consilio sapientum. Scriptum est enim ve terre cuius rex puer est cuius principes mane comedunt. Beata est terra cuius rex sensatus est ꝛ cuius principes vescuntur tempore suo: in quo notatur consiliis principum eos debere assistere qui sciant velint et possint pacientibus compati: patrie ac populi saluti proficere et udire ad iusticiā reges imminentibus periculis accusare ꝛ quadam auctoritate potestatiua presumptionem malignantium cohibere. Nec vobis clericis debet esse molestum si regum consilia intersint prelati quia forsitā nisi prefati episcopi essent consiliarii regis aliqui laici qui clericis oppido sunt infesti supra dorsum ecclesie sepius fabricarent. In hoc ergo est rex laudandus qui tales sibi consiliarios assumit qui reddant que sunt cesaris cesari ꝛ que sunt dei deo. ¶ Nunc enim si ecclesie attentatur iniuria auctoritate pontificali corripitur aut si ad hoc ecclesiastica censura non sufficiat spiritualis gladii defectus materiali supplectur ꝛ ad eorum arbitrium animaduersio exercetur. Si quando regis indignatio aduersus personas ecclesiasticas exardescit episcoporum precibus temperatur istis mediantibus iudiciarius rigor admittitur pauperum ecclesiarum dignitas erigitur: firmatur in clero libertas: pax in populis in monasteriis quies. iusticia libere exercetur augetur laycorum deuotio religio fouetur diriguntur iudicia: leges acceptantur decreta romana vim optinent: ꝛ possessiones ecclesiastice dilatantur. ¶ Sed vtinam caueant omnes ꝛ singuli episcopi ne dū rex ambulans in simplicitate aliquem eorum in sue familiaritatis sacrarium:

atque in vnitatem amicitie: ⁊ vinculum federis acceptauerit: aduersus dictum principem omnes cogitationes sue sunt in malum. Ve dicit ecclesiasticus duplici corde atque labijs scelestis: sepe enim dum princeps omnes cogitationes in signum amoris alicui effundit ⁊ eum quasi se alterum reputat: ipsum proditore decipit. O detestanda proditio hic est alter iudas qui osculo filium hominis tradidit. Amplius quia curialium vitam videmini detestari: rogo consideretis singulorum iudicia studia vota consilia officia dicta ⁊ vetita seu merita. Et tunc secundum ꝙ refert petrus blesen̄ in quadam sua epistola: recipietis ⁊ videbitis omnia repugnantia ⁊ varietate quadam confusa. ¶ Quidam enim sunt qui sine omni periculo ⁊ labore viuere possent certa mortis pericula ⁊ labores importabiles amplectuntur vt viuant. Quidam more tantalico in aquis sitiunt dum inter opulentias in edia se affligunt ¶ Quidam se voto continentie astruxerunt ⁊ iuxta prophetam tanquam emissarij ad vxores hinniunt alienas.

¶ Quidam cum infinita congregauerint se nichil reputant congregasse. Quidam studiose inquirunt nec inuenire sufficiunt: qualiter modicula quam habent substantia consumatur. Quidam honores appetunt ⁊ ad eos trahuntur inuiti. ¶ Quidam laudes hominum vilipendunt ⁊ in hoc sunt laudabiles. Quidam in omni tempore venerantur fama seculi: ⁊ omni tempore sunt infames. Quidam per labores requiem querunt: qui in requie requiem inuenire non possunt. Quidam apud alios venerabiles sunt qui apud se vilescunt. Quidam plus de se lingue adulanti quam conscientie sue credunt. Quidam se tyrannica vsurpatione magnificant. Quidam ibi trepidant vbi non est timor. Quidam in periculo mortis certissime sunt securi. Quidam non quiescunt donec rem habeant concupitam: quam cum habuerint vilem reputant ⁊ abiectam. Quidam rem quam non concupierunt adepti inestimabilem in ipsa concipiunt voluptatem. Quidam simpliciter viuunt: ⁊ in omnibus prosperantur. Quidam versantur in dolis ⁊ in eos quilibet aduersatur. Quidam pro libito suo viuunt ⁊ semper sunt sani. Quidam a regulis ypocratis non deuiant ⁊ semper sunt infirmi. Quidam insipientiam simulando: sapiunt. Quidam minus sapiendo decipiunt. Quidam a philosophie sinu ad arma prosiliunt. Quidam in claustrali ac scolari quiete migrantes quotidiana membrorum fatigatione se frangunt. Quidam in litigijs ⁊ contradictionibus gloriantur. Quidam si eos opportuerit litigare torquentur. Quidam in rebus nugatorijs sunt circumspecti in arduis autem ⁊ que maturo indigent consilio penitus inconsulti. Quidam amicis ⁊ domesticis sunt graues: ⁊ inimicos humiliter venerantur. Quidam verissime amicorum professores ⁊ inimicos verissime prosequuntur. Quidam superbe se humiliant Quidam humiliter se exaltant. Quidam in suis mendacijs gloriosi sunt.


Quidam semper laborant esse veridici qui mendacissimi reputantur. Quidam ea semper defferunt que defferri non expedit et vbique sunt precipites vbi res seuiores consilio indigent. Quidam in pernicie anime coniurantes curam corporis in delicijs agunt. Quidam zelantes salutem anime corpori mesto ⁊ afflicto non parcunt. Quidam de crastino nunquam cogitant. Quidam in vniuersis oculos prouidencie dirigunt in futurum. Quidam de proprio patrimonium christi congregant. Quidam christum pauperem sequuntur. vt de christi patrimonio suis nepotibus thesaurisent. Quidam interius simplices exterius sunt astuti. vt se inter fratres vinculum sociale consilient. Quidam exterius mansueti murmurant interius. vt fraterne societatis dissuant vnitatem. Quidam conscien

tes ad horam insaniunt. Quidam dissimulatorio vultu palliant ad tempus iniurias et abscondunt. Quidam sub risu ficticio plorant. Quidam sub ypocrisi lamentatione exaltant. quosdam ad damnatos honores inducit ambitio. Quidam nichil honores reputant sine lucro. Quidam libentius donāt semper ingratis. Quidam libentius mutuant debitoribus nunq̄ soluturis. Quidam omnes libros reuoluunt et nichil addiscunt sed et quidam omnia imprudenter agunt et ipsis pro voto succedit. Quidam omnia consilio disponunt et semper in contrarium eis cedit. Quidā nobilitate sua magnificat quem facta humiliant: et quandoq̄ apud principes acceptior est fatuus et ignobilis q̄ nobilis et prudens. Quidam omnem solicitudinem a se penitus excutiūt. Quidam non solum suis sed etiam alienis negociis se minus sufficienter inuoluunt. Quidam omnia consilio alieno disponunt. Quidam in omnibus sequuntur proprie voluntatis arbitrium. Quidam negocia licet ardua nunq̄ solicitant. Quidā in rebus etiam nugatoriis quadam curiositate se torquent. Quidam vt alienis parcant expensis se ipsos euacuant. Quidam de alieno prodigi de proprio sunt auari. Quidam satis tenues multa vestimenta faciunt et consumūt. Quidam quod deterius est multa edificia incipiunt nec consummunt. Quidam comedunt. vt ieiunent. Quidam ieiunant. vt comedant. Et qui per vniuersa extimētur si linguis hominū loquar aut angelorum dissonantias habitantium in hac terra dissimilitudinis recensere nō potero: cum vnusquisq̄ non tantum a proximis dissentiat, sed discedat a seipso.

Clericus.cxliiii.cap.

Preterea miles carissime nūquid propter peccata regis francie tanta strages et pestilentia guerre famis et mortalitatis contingit in populo gallicano peccauit enim dauid populum numerādo et octoginta milia de populo diuina indignatione percussi sunt. patet ergo q̄ propter peccatum principis populus frequenter patitur. quomodo enim ab hac culpa poteritis excusare.

Miles.cxlv.cap.



Constanter asseritis quasi spiritum habeatis prophetie et dei archana prenoueritis q̄ ex delicto nostri principis euenerit q̄ cōmissas sibi prouincias tanta hostilitatis et pestilentie turbo concusserit ille qui auffert spiritum principum terribilis est in iudiciis suis ita inscrutabilis est in cōsiliis super filios hominum. Quis eniȝ nouit sensum domini aut quis eius cōsiliarius fuit non minus delicta populorum q̄ principis materiam malorum presentium arbitror extitisse. Legimus sepe populos sepe reges nunc pro se nūc pro aliis diuine animaduersionis sententiam incurisse. Comedit princeps vuam acerbam: et dentes populi obtupescunt peccauit dauid populum numerando et octoginta milia perierunt de populo vt est dictum. frequenter etiam propter membrorum immoderantiam caput affligitur: et propter iniquitatem plebis pena principibus irrogatur et vniuersitas plerumq̄ ob vnius paucorumue delictū. Nam peccatum achar populus anathema incurrit: quia gad et ruben et dimidia tribus manasse in terra chanaā edificauerunt altare et ira dei vniuersaliter descendit etc. populum vltionem suam se pe inchoat dominus a sanctuario suo et qui potēs est punitur freqūēter et in eos qui presunt durius exardescit. Hely pro pietate filiorum sella euersa fractisq̄ ceruicibus expirauit. Utinā ergo tam princeps q̄ populus gallicanus se tūc reū discriminis arbitret. Utinā est

rege david rex noster humiliet et dicat angelo percussori in me convertere gladium. Ego enim sum qui peccavi. utinam subiecti cum populo nimiumtarum se peccasse proclamant ac celestis ire iudicium in planctu et gemitu et in silicii asperitate declinent: utinam plorent sacerdotes inter vestibulum et altare dicentes: parce domine parce populo tuo. Sed proh dolor plures hodie principes seculares et ecclesiastici necnon et infiniti alii inferiores reatum suum minime recognoscunt nec flagella domini equaminiter sustinent ymo quodammodo felicitatem suam vellent in hoc seculo adipisci forsan aliam felicitatem non sperantes. Cum naturales philosophi et pagani aliam felicitatem sperarent post mortem. dicit enim aristoteles. ii. lib. de anima intellectum separari ab aliis sicut perpetuum a corruptibili post mortem. Item primo ethicorum dicit quod hiis qui deficiunt prosunt occupationes amicorum cui concordat Augu. in canone c. non extimemus. quod non esset si nullum haberet esse reale post mortem. Idem aristoteles in lib. de pomo. sive de morte sua fertur discipulis predicasse felicitatem futuram quamvis alii dicant quod aristoteles in primo ethicorum nec assertive negavit Nam tractans de felicitate tractavit de ea inquantum possibile esset eam investigari per rationes et inventiones humanas. Nec aliquis in hac vita potest dici felix sed solum cum moritur si fuerit in hac vita virtuosus quia dum vivit potest felicitas humana seu mundana mutari in miseriam. Sed felicitas est apud firmum et stabilissimum. cui concordat canon de pe. di. ii. c. dum sanctam cum sequentibus secundum enim boecium in libro de consolatione felicitas omnium bonorum congregatione perficitur. vera ergo et infallibilis felicitas est post mortem. sustineat ergo unusquisque flagellum domini et adversam fortunam equo animo in hoc seculo et hoc cedet sibi ad gloriam in futuro: ymo antiqui philosophi et pagani voluntarie mortificaverunt omnia huius mundi desideria in cibo, potu et aliis delectationibus et carnalibus et mundanis ut fierent virtuosi. xii. q. ii. c. gloria episcopi et c. socrates et etiam adversam fortunam pacienter tollerabant quanto magis in hiis prepollere debet verus christianus Non tamen assero quod adversitates sint appetende sed si contingerent patienter sunt sustinende. Sicut enim quedam sunt saluberrima bonis que tamen sunt mortifera malis. Sic quedam sunt perfectis expedientia que tamen imperfectis periculosa noscuntur. martirium enim non habet annexum quod fugiendo perfecti non habeant ipsum recipere/et tamen ad hoc non debent se exponere imperfecti. Teste beda qui super illo math. xxvi. c. discipuli omnes eo relicto etc.

Qui sic ait fugiendo docent eos qui se supplicia minus sentiunt se ydoneos ut fugiant quod tutius est quam se discrimini exponere sic in proposito propter periculum pacientie nullus debet adversam fortunam appetere.

¶ Clericus. cxlvi. ca.



Sed nunc ad propositum principale redeuntes quando plenitudinem potestatis pape videmini abnegare rogo respondeatis ad illam auctoritatem quam posuit Inno. iii. de maio. et obe. c. solite. ubi narrat quod dicit dominus ad petrum quodcunque ligaveris super terram erit ligatum et in celis etc.

¶ Ex quibus verbis plane concluditur plenitudo potestatis petri et successorum eius

¶ Miles. cxlvii. ca.



Illa verba Inno. preallegata pro plenitudine potestatis papalis aliis verbis eiusdem nisi sane exponantur repugnare videntur dixit enim extra qui filii sunt legi. c. causam. nos attendentes quod ad regem pertinet non ad ecclesiam de talibus possessionibus iudicare. etc. ¶ Ex quibus verbis colligitur quod ad papam que est ecclesie vel caput ecclesie non pertinet de possessionibus iu-

dicaret per pͣs non hȝ in temporalib⁹ talē plenitudinē alijs decretalib⁹ eiusdem Inno. patenter pōt colligi. Sane igitur exponēda sunt vͣba dicti Inno. cum dicit ꝙ xp̄us nichil excepit cū dicit petro quodcunqȝ ligaueritis. ꝛc. Uno modo exponiē ꝙ intelligat ꝙ xp̄s dixit petro quodcunqȝ ligaueritis ꝛc. nichil excepit vocaliter ꝛ expresse alibi tamen et alijs verbis et exemplis ostendit excipienda esse plura. Alio modo exponiē ꝙ xp̄us nichil excepit sub audi de hijs que sunt necessaria regimini fidelium ꝛ non preiudicant iuribus et libertatib⁹ aliorū. Et ideo per ista vͣba quodcūqȝ ligaueris. ꝛc. christus non permisit potestatem petro nisi necessariam regimini fideliū nec preiudicabilem alijs presertim enormiter seu notabiliter nō abutentibus iuribus et libertatibus nec dāpnabiliter negligētibus ius ius suū vnicuiqȝ exhibere.

¶ Clericus. cxlviij. ca.

SEd nunquid Iheremie. j. c. dicit Ecce cōstitui te super gentes ꝛ regna non distinguendo inter gētes ꝛ gētes nec inter regna et regna que auctoritas alīs fuit alleg.

¶ Miles. cxlix. ca.

SOphistica est illa allegatio ꝓpter multa primo quia summo sacerdoti nullatenus fuit dictum. Ecce constitui te super gentes ꝛ regna. Dictum enim fuit Iheremie qui non erat supremus sacerdos. Secūdo quia licet Iheremias fuerit sacerdos tamen nunq̄ sibi inquantum fuit sacerdos sed inquātum erat propheta dicta fuerūt sibi verba premissa vnde idem premisit dominus prophetam in gentibus dedi te.

¶ Tertio: quia Iheremias neq̄ talem exercuit potestatem nec dixit populis se recepisse potestatem talē a deo qui vult ergo concludere per ista verba ꝙ papa habeat talem plenitudinem potestatis concludit ꝙ quilibet sacerdos et etiam propheta habet a deo talē plenitudinem potestatis.

¶ Quarto non videtur concludere allegatio supradicta quia licet ea que ad spiritualia ac celestia spectant: plenius debeant refulgere in supremo pōtifice noue legis q̄ȝ in supremo sacerdote veteris legis nō tamen ea que ad terrena seu temporalia spectare noscunē. Alioquin sicut sacerdos veteris legis ita etiam sacerdos ꝛ summus pontifex noue legis congruenē matrimonio vterē et sicut in veteri lege summ⁹ sacerdos bellicis armis: nec cibus hominum trucationibus membroꝝ: vindicte sanguinis immiscuit se decenter. ita decet vel etiam summus sacerdos noue legis se talibus implicare que tamen omnia ꝛ similia absurda sunt cēsenda. Quobrem ex potestate et dominio qd̄ habuit in temporalibus sacerdos suprem⁹ veteris legis concludi non potest ꝙ papa in temporalibus aliquā habuerit potestatem. quia nec sibi nec alijs necessaria ē credēda auctoritas. ergo Ihero. ad ꝓpositū non concludit ꝙ licet in illis verbis nō addatur exceptio addēda ē. ad alia verba. Inno. diuersimode respondent. quidam enim vt videtur eis: verba eius sane intelligunt dicētes eum intelligere ꝙ in eternum christi pontificum longe maioris potestatis et etiam in temporalibus casualiter non regulariter q̄ȝ pontificem veteris legis et ideo si dictum ē pontifici veteris legis. Ecce constitui te super gētes et regna hoc est vt casualiter etiam in temporalibus super gentes et super regna iurisdictionem assumens non in preiudicium regum ꝛ principum sua legitime vtentium potestate Et hec fuit intentio sua quā colligunt ex verbis dicti Innocen. quem sequiē. relinquitur ergo romanum pontificem saltem casualiter exercere. ꝛc. Quib⁹ verbis innuitur ꝙ non nisi casualiter. Ex quo sequitur ꝙ papa non habet regulariter predictam plenitudinē potestatis. Alij non curant predictū Innocētiū excusare presertim cum in illa decretali plurima heretica dixerit. etiam

excusabilia. dicit enim quod extra ecclesiam nulla est adeo ordinata potestas nec aliqua iurisdictio seu potestas est concessa licet extra ecclesiam est concessa .i. permissa tantummodo. Et quod nulla potestas temporalis regiminis potest extra ecclesiam reperiri quod omnia ut isti dicunt sunt heretica. et ad euidentiam allegationum ipsorum. ¶ Et primo videndum quod secundum ipsos ante aduentum christi, post apud infideles fuit vnum dominium temporalium et vna et legitima ac ordinata potestas et gladii temporalis vna iurisdictio temporalis non tamen permissa a deo. Qualiter deus permittit tyrannos predones et inuasores aliarum rerum et iurium sibi potestatem et dominium vsurpare quamuis infideles talem potestatem habentes illegitime vsi fuerunt frequenter aut semper sed abusus vtentis et legitima potestas habentis in nullo sibi obuiant aut repugnant sed simul in eundem hominem cadere possunt teste augustino. xxiii. q. v. c. neque enim vbi dicit nec vituperatur ordo regie potestatis si rex tyrannica crudelitate seuiat. Aliud autem est in ista potestate velle iuste vti et aliud iusta potestate iniuste velle vti. Ex quibus patet quod recta potestas et abusus eiusdem iuste compatiuntur se in eodem. quare esto quod omnia edificarent extra ecclesiam ad gehennam: et quod infideles penitus abuterentur omni potestate non tamen sequeretur quod propter hoc amitterent veram et legitimam potestatem et quod apud infideles ante aduentum christi et post fuerit vera potestas gladii materialis et verum dominium rerum temporalium. Probatur etiam vt habetur. Deuteronomio. ii. c. dominus dedit filiis esau et filiis amon qui erant infideles terras et regiones quas eis auferre fidelibus non licebat. Amplius que precepto spirituali domini in regem vngitur non solum habet a deo potestatem gladii materialis permissam sed etiam concessam. quare vnctio regalis legitima non est sine legitima potestate. ¶ Dominus autem precepit helye vt habetur iii. li. Regum. xix. c. vt vngeret azael regem super syriam qui tamen infidelis erat. azael ergo legitimam habuit potestatem de quo ibidem subiungitur. quicunque fugerit gladio azael occidet eum iesu. Rursum ille habet verum dominium temporalium rerum et non solum permissam potestatem cui christus voluit reddere dominium temporale vt suum dicens. Reddite que sunt cesaris cesari. etc. ¶ Constat autem quod cesar ille scilicet tiberius erat infidelis et tamen habuit tempore christi verum et legitimum dominium rerum temporalium. Amplius ille cui fideles non solum propter periculum euitandum. sed propter conscientiam debent esse subiecti habent veram et legitimam potestatem. potestatibus autem infidelibus debebant christiani tempore apostolorum esse subiecti non solum propter periculum euitandum: sed etiam propter conscientiam. Teste apostolo ad Rom. xiii. c. Cum dicit subditi estote non solum propter conscientiam etc. Subdit omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. voluit ergo fideles esse subiectos etiam infidelibus et dicit quod non est potestas nisi a deo. que autem sunt a deo ordinata sunt. et intellexit aperte quod potestas que erat apud infideles erat ordinata a deo et non solum permissa. et de illa potestate dicit. Qui autem resistit potestati. dei ordinationi resistit. Unde illud de potestate concessa non permissa debet esse extra ecclesiam. ergo apud infideles potestas legitima et concessa non permissa tantummodo potest reperiri licet infideles vti in pluribus illa potestate abutantur quemadmodum nonnulli infideles peccatores tamen habentes potestatem legitimam sepius abutuntur ea hanc sententiam de potestate concessa et data a deo tam infidelibus quam fidelibus malis tenere videtur et asserere augustinus. decimo de ciuitate dei. Credunt ergo sic oppinantes Inno. Minime posse excusari nec verba eius ad alium intellectum quam sonant non reputant ex-

ponende quia non sequitur q pontificiu nove legis fuerit maior potestatis in temporalibus quam sacerdotium aaron. ymo regulariter est minoris potestatis in temporalibus. Nam et plura temporalia et maiora ex ordinatione divina assignata fuerunt sacerdotio veteris legis quam sacerdotio nove legis. tamen quia pontificium petri non fuit talis potestatis cum pontificio christi: christus enim auctoritate sui pontificii nova potuit instituere sacramenta quod nequaquam potuit petrus. Potuit enim christus in multis dispensare in quibus petrus dispensandi non habuit potestatem quia tamen pontificio fungenti non erat dictum a deo. Ecce constitui te super gentes et regna quia Iheremias non erat pontifex sed de sacerdotibus minoribus.

Clericus. cl. ca.

Preterea q romanus pontifex hanc plenitudinem potestatis habebat patet primo ad Corin. v. c. Nescitis quomodo angelos dei iudicabimus, quanto magis secularia. ergo papa habet plenitudinem potestatis. ex quibus etiam sequitur q si alios habeat iudicare nullus nisi solus deus ipsum iudicabit quod probatur. ix. q. iii. c. Nemo iudicabit ipsa sedes iusticiam temperare neque ab augusto neque ab omni clero iudicabitur ea causa et. q. c. aliorum dicitur aliorum hominum causas deus voluit per hominem terminare sed sedis istius presulem sine questione suo servavit arbitrio ea causa. et. q. c. facta dicitur facta autem subditorum iudicantur a nobis/nostra vero a deo iudicantur: papa igitur iudicem superiorem non habet in terris sed videtur iudex omnium aliorum.

Miles. cli. ca.



Domine clerice hanc rationem superius allegasti sed q ipsa vobis cordi est: ad eam pluribus modis respondeo Unde ibi non loquebatur apostolus in persona propria vel summi pontificis vel etiam clericorum sed in persona omnium fidelium clericorum et laycorum: quia de cetu fidelium constituendi sunt iudices qui debeant secularia iudicare. nec apostolus dicit predicta verba pro prelatis tantummodo nec precipue pro summo pontifice. sed dicit ista in persona communitatis fidelium ymo etiam christus qui constituit petrum summum pontificem cunctorum fidelium. non constituit eum ad dominandum sed ad pascendum fideles: non propter utilitatem fidelium nec voluit preter pericula evitanda fideles esse subiectos successoribus petri nisi in necessariis salvis libertatibus et iuribus non solum fidelium sed etiam infidelium ut est dictum. insuper dicunt aliqui Innoce. tertio errare in predicta decretali solite: cum dicit q intelliguntur minora sub esse quibus subdita sunt maiora quia hoc non est universaliter et absque omni exceptione. licet sit verum in multis. Nam epi regulariter sunt subiecti archiepiscopo suo et tamen subditi episcoporum non sunt subiecti archiepiscopo nisi in casibus. sepe etiam maiora decent aliquos. quos minima non decent teste Gregorio. xix. libro. moralium nequaquam igitur ex hoc q papa est iudex in spiritualibus sequitur q habeat regulariter secularia iudicare. Ex hoc tamen concludi potest q in casu cum non est alius inferioris gradus qui ex officio possit et velit secularia negotia iudicare papa potest se huiusmodi iudicio immiscere quemadmodum unum membrum corporis naturalis officium alterius membri ipso deficiente vel non valente actum suum exercere si potest assumit. Qui enim non potest pedibus ambulare/manibus reptare conatur. Et qui non potest manibus percutere dentibus mordere mollit.

¶ Clericus. CLij. cap.

Amplius q romanus pōtifex su per pncipes temporales habeat plenitudinē potestatis. patet. Nam in veteri testamento tam apud iudeos q̄ etiam apud gentiles pōtificalis auctoritas pferebat dignitati regali: et reges pōtificibus honorē detulerunt. quibus etiā subiecti fuerūt. Unde samuel saulem vnxit regem et sibi omnem quā habuit contulit potestatem: qui dauid etiam postea reprobato saule regem constituit. Jozada etiā sacerdos vnxit ioas regem. Alexander etiam magnus reuerentiā Jozade pontifici iudeorum exhibuit. Imperatores etiā deuoti supra alios. scz constantinus iustinianus et Karolus magnus deuoti et subiecti fuerūt ecclesie. ergo imperator et quilibet princeps secularis est inferior papa et subiectus eidem.

¶ Miles. CLiij. cap.

Ad ista potest responderi vno modo. Esto q in veteri lege pontificalis auctoritas prelata fuisset etiam in temporalibus dignitati regali: non tamen esset preferenda in noua lege. quia auctoritas pontificalis in noua lege spiritualior est et magis a terrenis negociis elongata q̄ fuerit auctoritas pontificalis in veteri lege q̄admodum lex noua magis spiritualis est q̄ lex vetus. Et si ex aduerso dicatur q scripture veteris testamēti actus et opera euangelica imitantur qz quecunq3 in ea scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sūt ad Ro. xv. c. ergo qualiter se habuit in veteri testamento rex ad pontificem sic se debet habere rex in nouo testamento ad papam. Sed certe sic allegare est inconueniens et absurdum: quia sic sequeretur q circūcisionem et distinctionem ciborum et alia cerimonialia veteris legis deberet ecclesia imitari: et q sicut sacerdotes veteris legis itē debant armis; et iudicium sanguinis exercebant: ita deberet papa in talibus occupari. Nequaq̄ igitur: actus et opera que fecerunt patres in antiquo testamento imitari tenentur christiani. nisi quo ad moralia ad que indispensabiliter omnes homines obligantur. Cum autem dicit apostolus quecunq3 scripta sunt ad nostram doctrinam etc. non vt ita per omnia ad litteram faciamus sed vt per pacientiam et consolationem scripturarum spem habeamus: et illa secundum spiritualem: non carnalem intelligentiam impleamus. ¶ Secundo respondetur q in veteri testamento sacerdotalis gradus non preferebatur dignitati regali in temporalibus regulariter disponendis: licet prelat⁹ fuerit q̄tum ad sacrificia offerenda deo: et ea que a regali prefertur. non quo ad iurisdictionē et cultum diuinum spectarent q̄admodum in noua lege auctoritas pōtificalis dignitati regali prefertur. non quo ad iurisdictionē et regimen tēporale. Ista enim nequaq̄ negant potestatem pontificalem esse preferendā omni potestati seculari: sed dicunt ipsam non esse preferendam in temporalibus: extra casum necessitatis quando layci potestatem sibi commissā3 strenue ac rite et legitime administrant. ¶ Cum vero arguitur q samuel cum eēt summus sacerdos et pontifex in israel saul de communi genere regem institu it et propter delictum destituit. Reuerende clerice caueatis ne contra sacrā scripturam talia asseratis. samuel enim non erat summus pontifex nec summ⁹ sacerdos in israel: sed iudex tantūmodo. ymo nec sacerdos. vt colligitur in pmo libro paralipome. Secūdo quia samuel non constituit saul regem tāq̄ pollens gradu et dignitate eminentiori prefertim in temporalibus: q̄ sit dignitas regalis: sed tāq̄ diuino pcepto obediens. Unū quarti regū. ix. c. quidā de filiis pphetarū ad mandatum elysei

vnxit. Dico in regem israel et tamen nec iste nec elizeus propheta maior erat presertim in temporalibus dignitate regali. ¶ Ex quo vt videtur euidenter concluditur quod per vnctionem inferri non potest quod imperator vel quicunque rex in nouo testamento sit inferior illo qui vngit eum. Et consimiliter ex hoc quod samuel vnxit saul in regem inferri non potest quod samuel esset in temporalibus superior saule cum functus fuerit officio quod est inferior dignitate regali. nec etiam esto quod samuel deposuisset de mandato dei saulem fuisset eo quantum ad publicam potestatem et iurisdictionem temporalem superior: quia non deposuit eum tanquam superior sed tanquam exercens in hoc mandatum dei. qualiter rusticus de mandato dei posset imperatorem ymo et papam deponere quamuis nulla alia potestas nec in spiritualibus nec in temporalibus sibi concederetur a deo. ¶ Item non est verum dicere quod samuel saulem deposuit. Nam in libro regum non legitur quod samuel deposuit saulem sed quod deus eum deposuit et quod hoc samuel sauli nunciauit. dicitur enim primi regum quod dicit samuel ad saul pro eo quod abiecisti sermonem domini abiecit te dominus: ne regnes et post pauca samuel ad saulem non reuertatur tecum quia proiecisti sermonem domini et proiecit te dominus ne sis rex super israel. ¶ Ex quibus verbis non habetur quod samuel deposuerit saulem. Et ideo ex ista depositione concludi non potest quod papa possit imperatorem vel regem de plenitudine potestatis ad libitum deponere. nisi in casu scilicet quando illi ad quos spectat nollent eum deponere quamuis indignum: vel non possent vel aliis hoc committerent romano pontifici. scilicet quod de zacharia legitur qui deposuit regem francie. i. deponentibus consensit. xv. q. vi. c. alius. Illud autem quod adducitur de Iorada sacerdote qui vt legitur. x. regum. c. xi. fecit et vnxit Ioas regem non concludit quod Iorada fuerit superior rege. presertim quo ad iurisdictionem temporalem. quia sepe videtur in scripturis diuinis et aliis quod aliqui fecerunt et constituerunt reges: qui tamen regibus superiores non fuerunt: ymo erant subiecti ipsis regibus constitutis ab eis. Nam filii israel constituerunt Ieroboam in regem tertii regum. xii. c. et iiii. regum. ix. c. dicitur quod populus iude constituit zachariam regem pro patre eius et. xxxiii. di. c. legimus. dixit Iheronimus quod exercitus sibi fecit et elegit imperatores. ¶ Ex quibus aliisque innumeris colligitur quod inferiores constituunt regem cui sunt subiecti. Quare ex hoc quod Iorادas vnxit Ioas inferri non potest quod Ioradas fuerit quo ad iurisdictionem temporalem superior eo. Nec obstat quod dicitur de alexandro qui reuerentiam fecit Iorade. quia hoc fecit non tanquam superiori in temporalibus sed quia sacerdos erat supremus. quemadmodum imperatores et reges et alii principes etiam spiritualibus sacerdotibus reuerentiam in missis exhibent genu flectendo osculando manus eorum: quos tamen superiores in temporalibus minime recognoscunt. Unde nonnulli mirantur quod quicunque literati per gentiles eunuchos probare conantur papam esse superiorem in temporalibus imperatore vel rege. cum apud omnes eunuchos et gentiles imperatores et reges qui non erant sacerdotes gentilium semper se super sacerdotes reputarunt. presertim quo ad ea disponenda que ad cultum deorum suorum minime pertinebant. et tamen multi eorum non modicam reuerenciam et honorem sacerdotibus exhibebant. licet quidam eorum interdum inhonorauerunt sacerdotes. sicut legitur de pompeyo qui reuerentiam debitam templo dei et sacerdoti non exhibuit et ideo non immerito prosperitatem ex tunc non habuit consuetam. Non obstat quod allegatur de constantino iustiniano et Karolo magno. Nam illud contra vos facere dignoscitur Nam licet isti imperatores deuoti exhibuerunt non solum summis pontificibus sed etiam sacerdotibus et clericis vniuersis

nequaꝗ̃ tamen se subiectos clero ⁊ tē=
poralibus putabant. sed pro superiori=
bus eis se gerebant. Et de cōstantino
quidē hoc expresse videtur per illud sū
ptum ex gestis siluestri pape quod po=
nitur in decret. di. lxxxvi. c. Cōstanti=
nus. vbi plures donationes fecit eccle=
sie romane quas frustra fecisset si prius
domina fuisset in temporalibus. Insu=
per quod de Iustiniano inducitis mirā
dum videtur domine clerice et forsan
leges Iustiniani ignoratis cum nullus
fuerit imperator christianus nec ante
Iustinianum nec post qui tam magnā
potestatem super reges et personas pa
pe et clericorum. etiam sup illa que pa=
pa vendicat siue ex collatione siue ex re
signatione. Constantini tribuerit si=
cut Iustinianus in legibus ab eo edi=
tis. statuit enim et iussit et precepit in
suis legibus plura circa personas ⁊ bo=
na clericorum et circa ecclesias et bona
mobilia et immobilia earumdem. C. de
sacrosanct. ecclesi. per totum de epi. et
cle. per totum. Et in auctenti. de sctis.
epi. per totum. In auctentica de electi.
per totum et pluribꝰ aliis locis innūe=
rabilibus. ¶ Ex quibus patet ꝙ supe=
riorem se putabat in temporalibus eti=
am spectantibus ad ecclesias et perso=
nas ecclesiasticas. Nam ad soluz supe
riorem spectat legem condere Institu.
de iure na. gen. et ciui. §. sed quod prin
cipi. Non obstat etiam quod de Karo=
lo magno subditur quia non legit ꝙ se
reputauit inferiorem in temporalibus
supremo pontifice. ¶ Cuius signum
ē ꝙ reges francie qui dicunt se successo
res ipsius superiorem in temporalibꝰ
minime recognoscūt extra qui filii sint
legitimi. c. per venerabilem. Nec obstat
c. in memoriā xix. di. ꝙ ē eiusdē Karoli
Ex quibus vbis vt videt: habet ꝙ idē
Karolꝰ inferiorem se summo pontifi=
ce reputauit. Nō eñ arbitratꝰ ē Karo=
lꝰ ꝙ apostolica sedes poterat sibi regula
riter aliquod magnuz in tēporalibꝰ im=
ponere sed in spiritualibꝰ quod in eodē
c. insinuare videt cū pmittit in memo=
riā petri apostoli beati: honoremus sā=
ctam romanam ecclesiā et apostolicam
sedem vt que nobis sacerdotalis mater
est dignitatis esse debet ⁊ magrā rōnis
¶ Ex quibus verbis videtur ꝙ in spi=
ritualibus apostolica sedes est mater ⁊
magistra. ex preallег. per vos nullo mō
concluditur ꝙ papa sit superior in tem=
poralibus ꝗuis eñ xp̄s non solum sa=
cerdos sed etiam rex supremus habēs
in temporalibꝰ plenitudinē potestatis
non tamē sequitur ꝙ talem iurisdictio=
nem suam quam xp̄us habebat in ter=
ris in suū vicarium transtulerit raro eñ
aut nunꝗ̃ aliquis suam iurisdictionem
totā suo vicario cōmiserit ymo de non
nullis apparet ꝙ semper de necessitate=
vicarius minor est potestate ꝗ ipse cuiꝰ
est vicarius. ¶ Unde propter hanc in=
tentionem plenius astruendaz oportet
nos non latere ꝙ ex hac inquisitiōe nō
querit quid xp̄s qui verus deus ⁊ verꝰ
homo habuit ⁊ habeat in hoc seculo po
testatis ⁊ auctoritatis: ⁊ quid aut ꝗtuz
horum conferre potuerit beato petro
ac reliqis apostolis et eoꝝ successoribus
episcopis ⁊ p̄sbiteris: qm̄ de hiis nō du
bitant xp̄iani fideles. Sed volumus
⁊ debemus inquirere quā potestatem ⁊
auctoritatē exercendam in hoc seculo
xp̄s eisdē contulit defacto et aqua eos
excluserit ⁊ prohibuit consilio vel pre=
cepto. Eos autem talem potestatem et
auctoritatē a xp̄o tenemur credere qua
lem per verba scripture sibi traditā eli=
cere possumus non aliam. Certum est
eniz omnibus xp̄i fidelibus ꝙ christus
qui verus deus et verus homo potuit
nedum apostolis verumetiam quibus=
cunqꝫ aliis auctoritatem seu iurisdictio
nē coactiuā in hoc seculo super omnes
mūdi principes seu principatus ⁊ sin=
gulares personas habētibꝰ ⁊ ampliorē
fortasse vt creandi eucia: destruēdi: atqꝫ
reparādi celū ⁊ terram ⁊ que in eis sunt

et etiã angelis simpliciter imperandi/ quod tamen xp̃s eis non cõtulit nec cõferre decreuit. Vñ aug. in sermone de verbis dñi super math. sic inquit/ di. e. de me nõ mundum fabricare non cuncta visibilia et inuisibilia creare non in ipõ mũdo miracula facere ꝛ mortuos suscitare sed qm̃ mitis sum ꝛ humilis corde. Idõ me scđm p̃sentem intentionem ostendere sufficit ꝙ xp̃s ipse nõ venit in mundum dominari hominibus nec ipsis principari tp̃aliter/ sed magis subiici scđm statuꝫ huius seculi quinymo ꝙ a tali iudicio seu principatu sm̃ propositũ excludere voluit et exclusit seipm̃ ꝛ apostolos ac discipulos/ cõsequenter romanos põtifices ꝛ ceteros ep̃os ab omni principatu seu mũdano iudicio exclusit/ exẽplo cõsilio ꝛ precepto xp̃s ꝙ scđm quod sepiꝰ fuit allegatũ corã pilato dixit regnum meum non est de hoc mundo .i. regnare non veni regimine temporali quomodo regnant mundani principes seu iudices. subdens. si ex hoc mundo esset regnum meũ ministri mei decertarẽt vtiq; ne traderer iudeis Ac sic argueret xp̃s Si venissem regnare mundano iudicio seu coactiuo haberem ministros huiꝰ decertatores q̃admodum ceteri reges habent. Sed tales nõ habeo. quasi diceret apertius. Audite iudei et gentes nõ impedio dñationem vestram in hoc mundo quid vultis amplius venite credendo ad regnum quod non est de hoc mundo. Quid enim est regnũ eius nisi credentes in eum. Ecce de quo regno docere atq; disponere venit quoniã de actibus quibus peruenitur ad regnum eternum.

¶ Clericus. cliiij. ca.

Rursum sicut aĩa habet plenitudinẽ p̃tãtis a corpe ꝛ vtit corpore tãq̃ istrumẽto sic p̃tãs sp̃ualis hꝫ plenitudinẽ p̃tãtis sup p̃ncipibꝰ ꝛ p̃tãtibꝰ tp̃alibꝰ ꝛ vtitur eis tanq̃ instrumentis.

¶ Miles. clv. ca.



Uamuis q̃tũ ad multa sicut aĩa se hꝫ ad corpus/ sic sp̃ualia habẽt se ad tp̃alia sed non q̃tũ ad oĩa: qꝛ sicut aĩa est nobilior corpore ita sp̃ualia tẽporalibus sunt nobiliora ꝛ digniora. Et sicut anima quantum ad multa regit corpus: ita tẽporalia ĩ multis sunt scđm exigentiam spiritualiuꝫ disponenda: sed anima rationalis non habet plenissimam potestatẽ super corpus quia q̃ plures operationes habet corpus/ que non sunt ĩ potestate anime rationalis. Ita habens potestatem in spiritualibus non habet plenissimã potestatem in temporalibus. Et ideo ĩ papa qui habet supremam potestatem in spiritualibus non cadit nec cadere debet suprema potestas laycalis/ licet dignior sit illo in quem cadit suprema potestas laycalis.

¶ Clericus. clvi. ca.

Rursus in eum qui omnibus secularibus legibus est solutꝰ ꝛ cuiꝰ leges non dignantur quascunq; leges laycorum seu secularium ymitari cadit quo ad rem potestas laycalis suprema/ papa autem legibus quibuscunq; positiuis est solutus: cuius leges ymitari minime dedignãtur ergo suprema p̃tãs laycalis cadit in papam.

¶ Miles. clvij. ca.



Apa non est solutus nisi q̃dã exceptione quibuscũq; legibus mere positiuis a supremis pontificibus institutis: quia par imparẽ nõ habet imperium nec minor in maioreꝫ Solutus esset etiaꝫ legibus quorũcunq; generalium conciliorꝫ ac imperatorũ regum ac aliorum quorumcunq;: que condite essent super his que ad propria iura ꝛ libertates aliorum quecunq; eẽt statuta essent a concilijs generalibus et alijs quibuscunq; sup hijs q̃ ĩ sp̃ualibus.

de necessitate facienda sunt ꝑ regenda congregatione fidelium: papa est solutus talibus legibus mere positiuis q2 nõ tenetur eas seruare et posset abrogare ⁊ adnullare: papa enim est maior cõsilio generali. legibus autem institutis que iura ⁊ libertates ac res respiciunt aliorum: non est papa solutus. Nam dũmodo de se non sint inique papa eas abrogare non potest. Si enim imperator aut rex aut aliquis iura vel res ꝓprias tribuit pape certas leges ⁊ pacta rationabilia imponendo: si ꝓpter res illas vel iura voluit recipere dictas leges ⁊ pacta tenet̃ obseruare extra. de condi. ap. c. verum.

¶ Clericus. Clxxviij. cap.

Item iste cui oportet vniuersitatem fideliũ spiritualium ac secularium absq3 omni exceptione in omnibus obedire fungit̃ suprema potestate laycali quo ad rem: pape autem op3 vniuersitatem fidelium spiritualium atq3 secularium absq3 omni exceptione in omnibus obedire ꝓut ex sacris canonib9 colligit̃. xij. di. c. qđ apostolicis. xix. di. c. cum memoriã ergo ⁊c.

¶ Miles. clxxix. cap.

Respondeo q non est necessarium vniuersitatem fidelium sine omni exceptiõe obedire sibi in hijs que necessaria sunt in congregatione fideliũ saluis iuribus ⁊ libertatibus aliorum. Et si queratur quis habet iudicare que necessaria sunt regimini fidelium. Respõdeo q hoc iudicare per simplicem noticiam vel doctrinã spectat ad sapientes in lege diuina peritos ⁊ ĩ humanis sciẽtijs excellentes ⁊ rationis iudicio eminentes quicunq3 fuerint: siue subditi siue p̃lati siue seculares siue religiosi siue magistri siue pauperes siue diuites ⁊ potentes. Hoc autem auctoritatiue ⁊ iudicialiter spectat ꝑncipaliter ad romanum pontificem de consilio sapientum qui si iudicando errauerit: sapiẽtes ymo quicunq3 ipsum errare cognouerint resistere obligãtur ꝓ loco ⁊ tempore ⁊ aliis circũstãcijs debitis obseruatis. Et hoc licet vnicuiq3 ꝓ gradu suo ⁊ statu suo. q2 aliter debẽt ei resistere erudi̇ti: aliter p̃lati aliter reges aliter ꝑncipes ⁊ aliter simplices ⁊ temporali potẽtia destituti.

¶ Clericus. clxxx. cap.

Item in illum cadit potestas laycalis suprema de cuius iudicio aut facto nulli penitus est licitum iudicare vel ab eo appellare. ix. q. iij. c. cuncta ꝑ mundum ⁊ c. facta quod est dicendum de papa. ergo cadit potestas laycalis suprema ad quã omnes appellant. ix. q. vi. c. ad romanã ⁊ null9 ab eo appellat.

¶ Miles. clxxxi. cap.

In casu est licitum ⁊ de iudicio summi pontificis iudicare ⁊ ab eo etiam appellare. quod ꝓbat̃ sic licet in casu iudicare de persona pape ergo ⁊ de iudicio eius antecedens patet per decretum pape Bonifacij. xl. q. v. c. si papa. in tribus enim casibus tenetur papa humanum subire iudicium scđm quosdam. primo in casu heresis sicut dicit p̃allega. c. Sed refert an sit in veritate hereticus vel an sit de heresi solummodo accusatus. Si est in veritate hereticus ipso facto ⁊ iure: sc3 tam diuino q̃ humano est papatu priuatus et omni dignitate ecclesiastica destitutus. quod sit iure diuino papatu priuat9 sic ꝓbatur q2 ille qui nõ est de corpore ecclesie non est verum caput ecclesie: nullus ergo hereticus est verum caput ecclesie. Et si quereret aliquis corã quo iudice possit vel debeat papa de heresi cõuinci vel accusari. dicunt quidam q papa corã diocesano suo in cuius diocesi cõmoratur debet de heresi conuinci: quia pape heretico nullum priuilegiu3 est cõcessum: ⁊ reatus omnem honorem excludit. l. l. ff. C. vbi se. vel clarissimi. Et ratione delicti sortitur quis forum. c. ff. de rap. Si autem episcopus in cui9 diocesi. hoc noluerit vel nequerit hoc spectat ad alios coepiscopos zelo fidei accẽsos. vt habetur. xxi. di. c. nunc autem.

Si autem episcopi vel noluerint vel nequiuerint papam hereticũ iudicare hoc spectat ad imperatorem vel regem. Nã vt notauit gl. xvij. di. c. nec licuit vbicũq; defficit potestas ecclesiastica recurrendum est ad secularem. Et sicut notat glosa. ij. q. vi. c. psul. non requirũtur tot testes cõtra papam quot requiruntur contra episcopos ꝛ cardinales ratione excellẽtie ; imo duo sufficiũt ꝛ in hoc est deterioris cõditionis q̃ sint inferiores plati. Et est ratio q2 ipse sine comparatione aliorum creatus est. Et ideo sine spe venie condemnandus, vt dyabolus de pe. di. ij. c. pncipium: sic in causa heresis papa magnitudinem periculi quod eminneret vniuersali ecclesie si papa efficeretur hereticus. vt pote qui propter auctoritatem ꝛ potestatem alios putat excellere plurimos ad suam heresim et nequitiam trahere valeat: ratiõabile est vt propter hoc deterioris cõditionis oĩbus aliis hoc casu existat. ¶ Secundo tenetur papa humanum subire iudiciũ quãdocũq; crimen eius quodcunq; est notoriũ est scandalizet ecclesia ꝛ ipse est incorrigibilis. Et tunc propter reuerentiam officij quo fungitur nõ est ipso facto priuatus: sed monẽdus. quod si nõ audierit dicendum est ecclesie. i. cõgregationi cardinaliũ qui possunt facilius conuenire ad iudicandum. quod si ecclesia noluerit iudicare ad pncipẽ temporalem catholicum cognitio deuoluitur ¶ Tertio vt dicunt quidam tenet papa humanum subire iudiciũ: si res aut iura aliorum inuadit aut detinet minus iuste. Et si queratur ab eis coram quo hoc casu respondere tenetur. ¶ Respondent q tunc tenẽtur se submittere alicuius iudicio neutri parti suspecto: aut eligere arbitros de voluntate alterius partis qui inter eos potestatem habeãt iudicandi. ¶ Cõcludunt ergo isti ex premissis q ex quo papa in tribus casibus supradictis tenetur humanũ subire iudicium: in eisdem casibus quibus tenetur humanum subire iudicium licitũ est vnicuiq; ab eo appellare in iudicio vel extra ad iudicium prouocare. Nam pro oppressis vel verisimiliter opprimi metuentibus ad inuenta est appellatio que est super iure naturali fundata. naz est quedam deffensio que cuilibet de iure naturali est permissa. ¶ Dicunt igit isti q si papa factus hereticus gerat se pro papa ab omni sẽtẽtia quã tulit in quacunq; causa, ab omni grauamine q̃d intulerit vel cõminat9 fuerit licet omni homini appellare cui9 interest. non tã q̃ a iudice: sed tanq̃ a non iudice nullam habente ecclesiasticã potestatem: quia omnis hereticus q̃tũcunq; occultus est omni ecclesiastica potestate priuatus eodem iure dignitate seculari si quã haberet. quia ecclesiasticã dignitatẽ nemo potest habere: nisi saltem de numero sit cõgregationis fidelium. secularem dignitatẽ etiam supremam infidelis posset habere. sic de facto vere habuit tempore christi ꝛ apostolorum. vt alias in prioribus fuit dictum. Et hinc est q a papa heretico: licet grauato appellare Sed si imperator vel rex alius efficiat hereticus non licet iure diuino ab eo appellare tanq̃ a non iudice seculari. licet scd̃m quosdam hoc liceat iure humano vel canonico. patet ergo q lz singulariter sit licitum de persona pape et de eius iudicio iudicare nec ab ipso appellare casualiter tamen hoc potest: ad omnes autẽ canones que in contrariũ possent adduci vel de factis eius nõ est iudicandũ vel ab eo appellandum. verum est regulariter sed casualiter sic: licet cuilibet iudicare de manifestis eius criminibus: non quidem iudicialem sententiam proferẽdo: sed ipsa cordialiter detestando et ipsa nullatenus excusando: ꝛ multominus illicite defferendo. ¶ Ad hoc posset allegari Ber. extra. de regulis iuris. c. estote ꝛ, Hieronimus xj. q iij. c. si quis dixerit.

¶ Clericus. cxxxij. cap.

g. j.



Amplius videtur in dubitanter tenendum quod omne regimen et imperium sit a papa et taliter quod de plenitudine potestatis possit quandocunque placuerit imperatorem seu regem instituere et etiam pro libito voluntatis destituere: ut placet absque causa et etiam sine culpa et eidem alium subrogare et sibi ipsi imperium retinere sive regnum/ aliter non haberet plenitudinem potestatis: sed haberet potestatem per iura alia quam divina limitatam. tamen hanc oppinionem non assero: nec eam firmiter asserere catholicum reputarem. Dico igitur aliter quod omne regnum et imperium est a papa propter hoc: quia papa habet quandam aliam plenitudinem potestatis non tamen sine exceptione eorum que non sunt prohibita. Non enim potest omnia que non sunt prohibita sine exceptione neque per ius divinum neque per ius naturale: nec enim potest aliquem priuare iure suo sine culpa: nisi subsit causa/ licet tamen reges et principes tam iuste regna et principatus habentes absque culpa nisi subsit causa nequaquam possit regnis suis atque principatibus priuare de plenitudine potestatis sue/ tamen si esset aliquis qui regem principem aut caput in temporalibus non haberet cum non solum expediens sed etiam necessarium sit cuilibet populo etiam in temporalibus habere caput a quo in necessitate regatur posset papa de plenitudine potestatis absque nominatione/ electione/ vel consensu eorum ipsis caput prefigere minorem vel maiorem dignitatem vel potestatem tribuendo eidem. Et ex ista plenitudine potestatis habet papa potestatem super imperatorem vel regem: sed non posset sine culpa nisi subsit causa necessaria priuari imperio/ nec posset ad libitum suum imperium vel regnum transferre de gente in gentem: sed pro culpa vel ex causa potest imperatorem vel regem quibuscunque aliis minime requisitis deponere si hoc sit necessarium utilitati communi: et non solum expediens potest de plenitudine potestatis de gente in gentem/ vel de domo in domum aut de persona in personam transferre imperium sive regnum: sed etiam ex causa aliqua euidenti si necessaria fuerit bono communi ut nullus ad regimen vel imperium eligatur potest ordinare et precipere ut quamdiu necessarium fuerit huiusmodi electio differatur/ et isto modo imperium vel regnum est pape non quia papa super ipsum habeat plenitudinem illam de qua dictum est superius. et sepius per quam scilicet possit eum deponere sine causa. Et secundum hoc dico quod papa potest corrigere imperatorem vel regem quandocunque corrigendus et omnia facere circa temporalia quecunque sunt necessaria bono communi licet non possit aliquem priuare suo iure sine culpa nisi subsit causa. Et secundum hoc papa nullam habet potestatem a christo/ nisi saluis non solum iuribus: sed etiam libertatibus aliorum. Et ideo papa non potest ea etiam que necessaria sunt communi utilitati in temporalibus quamdiu sunt domini temporales qui ipsa possunt et volunt utiliter expedire. Insuper si esset aliquis imperator vel rex corrigendus aut etiam deponendus propter defectum vel crimen/ qui vel quo ad pura spiritualia minime pertinent. Papa auctoritate sibi concessa a Christo se intromittere non deberet nisi propter impotentiam/ vel maliciam vel negligentiam laycorum. Papa enim totaliter debet circa spiritualia vacare et non circa temporalia quamdiu inueniuntur layci que ea possint iure et legitime expedire. ¶ Hic tamen aduertendum quod si imperium vel omne regnum iure diuino sit a papa secundum quod est dictum/ quia non debet negari si negaretur tamen hoc non potest negari quin iure humano scilicet ex voluntaria concessione romanorum imperium sit a papa qui omnem potestatem quam habuerunt super imperium romano pontifici concesserunt vel ex prescriptione legitima quam summus pontifex iure

potestatem seu imperium acquisiuit. Et hinc est q licet iure diuino papa non maiorem potestatem habeat super imperium q super regna quecunq: tamen iure humano: maiorem obtinet potestatem. Et licet supradictum sit: q omnis humana creatura subsit pape et omni potestati spirituali: non tamen sequitur q habeat dominium omnium rerum temporalium. ¶ Ad cuius declarationem sciendum est q duplex est dominium. Est enim quoddam dominium iure diuino: aliud iure humano. viij. di. c. quo iure dominium. diuinum est illud qd est apud deum supra omnem creaturam: ipse enim deus creator est omnium vniuersorum qui enim manet in eternum creauit omnia simul. ¶ Item gen. j. c. In principio creauit deus celum et terram. Isto iure diuino domini' est terra et plenitudo eius. vt in psalmo. extra de deci. c. tua nobis. Istud dominium est verum dominium simplex et absolutum et vnus est dominus omnium creaturarum deus. Et ideo proprie loquendo omnes creature proprietates res et possessiones et bona alia in nullius bonis sunt vere absolute et proprie nisi solius dei. ¶ Aliud est dominium quod secundum legistas vocatur legale dominium et ita notauit accursi'. ff. de verbo. signi. l. recte. secundum vero canonistas vocatur humanum. vt in dicto. c. quo iure. De isto legali vel humano dominio dicit compostellan'. in c. que in ecclesiarum de constitutio. q a iure gentium descendunt dominia: sed per leges principum distinguuntur modi per quos rerum dominia acquiruntur. ff. de acquir. rerum dominio per totum: mihi autem videtur: q dominium verum legale vel humanum fuit adeo collatum humane creature: et non fuit ab inicio introductum iure gentium vel ciuili. Nam deus omnia que creauit fecit propter rationalem creaturam et omnia subiecit humane creature genesis. ij. c. Et sic reseruato sibi vniuersali et vero dominio omnium creaturarum hu' dominium vtilitatem concessit ab initio quo ad vsum: quod videtur intelligere Accur. C. de iur. do. ti. l. in rebus super verbo naturali: vbi dicit q iure primeuo non distinguebantur dominia: nisi quantum ad vsum iure gentium vsibus priorum parentum introductum fuit q terre diuiderentur et appropriarentur vt vnusquisq quod suum erat sciret. Unde lex dicit q iure gentium dominia sunt distincta. non dicit introducta vt. l. ex hoc iure. ff. de iustitia et iure. Cum ergo iure gentium diuidebantur dominia sequitur q ante fuerant communia. ff. comuni di. l. iij. circa principium. Unde ex concessione diuina creatur quoddam dominium legale vel humanum quod respectu veri domini non dicitur dominium sed in se consideratum verum dicitur. ¶ Istud verum dominium legale vel humanum prout erat in communi non debet dici iure gen. sed diuini prout vero cuilibet appropriatur vel acquiritur. hoc dominium sic consideratum est iure gentium: et tale dominium non est apud populum tantum: sed apud omnes qui iuste acquirunt. Ex quo semel acquisitum est non licet cuiq principi ecclesiastico vel seculari acquirenti auferre vel occupare sine iusta causa quia esset contra ius naturale diuinum quo vnicuiq dictum est. Ne facias alteri qd tibi non vis fieri. vt in principio decretorum. Et dominus dicit in euangelio. Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui. ix. q. iij. c. nullus. Facit. Ad hoc. C. de cohar. l. si quis. libro. xi. Et hoc intelligo sine causa: quia ex iusta causa posset aliquis priuari ab homine/vel a iure tali dominio. ff. de reli. et sup. fune. l. si quis sepulchrum. et. C. de bonis damna. quasi per totum.

¶ Item est notandum q nonnulli dixerunt q suprema potestas laycalis potestatem sibi proprie propriam non habet immediate a deo: quia habet propriam a deo mediante papali potestate. Et hoc idem dicunt de quolibet principe temporali. ¶ Hoc tamen ponderandum est aliquam potestatem esse immediate a deo tripliciter posse intelligi. vno modo vt detur a deo solo absq donatione

vt ministerio creaturarum. ad modū moyses
habuit ducatū imediate a deo: filijs israel
ꝓprietatē terre ꝓmissionis. Et petrus
summū sacerdotium ⁊.xij. apostoli apo=
stolatum. Scd̄o modo potest esse ime
diate a deo. quia a solo deo datur nō tñ
absq̃ ministerio hominis per quē mo=
dum summus pontifex quilibet post pe
trum potestatem ⁊ pontificatum habet
a deo immediate quia q̄uis non habe
at potestatem illam absq̃ electione le=
gitima: electores tamen illi sibi potesta
tem non tribuunt. sed solus deus. sic q̄
baptizatur gratiam accipit a solo deo.
non tamen sine ministerio baptisantis
⁊ tamē baptizans non creat gratiā illā
Sic plebanus habet ecclesiam suam a
solo episcopo. ⁊ tamen sine presentatio
ne patroni. ¶ Tertio modo intelligit
aliquis habere proprietatem ꝓprie ꝓ=
priam a solo deo quia licet eam a prin=
cipio habuerit ex cōcessiōe vel donatiō=
ne aut resignatione alicuiꝰ: tamē postq̄
sibi data vel resignata ē a solo deo depē
det: ita ꝙ solus deus quantū ad hmōi
potestatem vel proprietatem est eo su=
perior. sic scd̄m quosdam papa dicitur
habere dominium seu proprietatē rerū
temporalium nec concesse sunt a fideli=
bus romano pontifici immediate a so=
lo deo: quia licet primo a deo receperit
ex largitate fideliuȝ: tamen postq̄ eas
nullus alius quidq̄ iuris habet in eis
nisi solus deus: ita ꝙ predia et ciuita=
tes et res alias quas sibi dederunt fide
les non ab homine sed a solo deo tenet
⁊ ita vt superiorem in temporalibus
istis post deum non recognoscat sic etiā
quando erat solus noe cum filijs ⁊ vxo
ribus res quas tunc habebat siue iure
hereditario siue emptione vel donatio
ne aliorum: aut quouis alio modo a so
lo deo tenebat. Nec in hmōi tempora-
libus tunc superiorem habebat licet ha
buisset ante diluuium in huiusmodi su
periorem regem scȝ aut aliū dominū
principalem quo fuisset inferior. illorū
ergo qui tenent hanc opinionem impe=
rium esse a papa. quidā sunt qui dicūt
ꝙ imperium seu regnuȝ est in alijs que
postea īperator seu rex hȝ ꝓprietatē ꝓ=
priē ꝓpriā in bonis q̄ habuit anteq̄ op
tineret impiū seu regnum ⁊ in alijs que
postea per se et sibi non dignitati acqui
reret proprijssime accipiendo propre=
tatē: suprema potestas laycalis nullaȝ
proprietatem habet. quare d̄ proprieta=
te strictissime sūpta pōt eā hn̄s facere
quod vult. ſ.q.ſ.c. eos. insti. de reȝ diui.
§. per traditionē. et quicquid fecerit de
ea ipsam scȝ bene vel male exponendo
vel legādo vel quōlibet alienādo q̄uis
cum graui peccato talis facere valeat
Tamen ad restitutionem non tenetur
sed sufficit ꝙ alijs mōis deo satisfaciat.
de peccato hoc autēȝ imperator vel rex
que supremam potestatem optinet de
iuribus et rebus imperij seu regni neq̄q̄
facere potest. quia si dissipauerit ea et
non expenderit ea ad vtilitatem impe=
rij vel regni. ⁊ cōmunis vtilitatis ipsa
restituere de bonis proprijs obligatur.
Et ideo scd̄m istos potestas suprema
laycalis sicut nec potestas suprema spi
ritualis nec mediate vel immediate a
deo vel ab alio habet potestateȝ sibi ꝓ=
priam. cuius ratio assignatur quia pote
stas suprema laycalis est principatus
regalis secundum perfectissimum mo=
dum pricipatus et habet hoc principa
liter vt instituatur propter cōmune bo
num subditoruȝ et non propter bonum
proprium principantis vt videtur dice
re aristoteles octauo ethicorum quare
non potest ea expendere nisi pro cōmu=
ni vtilitate subiectorum. Et si aliter ex
penderit ad restitutionem tenetur. Nā
qui bona concessa ab aliquibus ad cer=
tos vsus in alios contra volūtatem cō=
cedentium cōsumpserit restituere eadē
si potest astrigitur. Alia est opinio ꝙ su
prema potestas laycalis. habet aliquaȝ
proprietatem. nam constitutus in supre
ma potestate eadem illis bonis habun=
dare debet quibus actus virtutū politi
carum valeat exercere. inter autē virtu

tes politicas necessarium est in potestate laycali cōstituto vt liberalitatē exerceat. Nā vt dicit aristoteles octauo ethicorum: pncipatus et potentat⁹ possidentibus necessarij sūt amici: qr vt dicit ibidē bona fortuna q̄nto maior tāto minus secura. Nā vt hētur extra. de accu. c. q̄liter et q̄n. Et queadmodum ecclesiastici odiū multorum incurrūt et insidias paciuntur sic etiam reges et principes q̄ interdum iudiciū sāguinis hnt in potentes et diuites exercere multas eis libenter parant insidias. qr p sua deffensione et potestate in malos intrepide exercēda sū me indigere noscūt amicis. Amici aūt maxime acqruntur et cōseruant p munificentiam et liberalitatem. Teste salomone qui puerb. xix. c. ait multi colunt personam potētis et amici sunt dona tribuētes. Et iterum ibidem diuicie addu cunt amicos plurimos. ergo actus virtutis liberalitatis est necessarius constitutis in suprema potestate laycali: qr cū potestas laycalis suprema debeat esse sibipsi et fungenti sufficiēs tātis bonis habundare. vt preeminens in ea actum liberalitatis valeat exercere cuius act⁹ sez dare posse spectat ad proprietatem habentem. Quare suprema potestas proprietatem strictissime accepto vocabulo debet habere.

Miles. clxiij. cap.

Plurima vix pedem figēdo tetigisse sz plura per vos tacta intermittendo. Dico q nec imperator nec rex habz pprietatem proprie ppriā ab homine. ergo hz eam adeo solo. cōsequentiam manifesta videtur. Antecedēs pbat. nam si haberet eā ab homine vel haberet eam ab electoribus aut a coronatore aut cōfirmatore: nō ab electoribus qr generaliter electores nō dant p̄cise ius electo. Nam electus indiget ab homine cōfirmari. c. venerabilem. de elect. sicut nec electores dant sibi potestatē sed faciūt eū capacē recipiēdi hāc dignitatē immediate adeo neqz pprietatem. ergo neqz dignitatē recipit imperator ab electoribus nec habet eā a coronatore qr coronator qn non est cōfirmator nō dat coronato pprietatē alicuius rei tēporalis sicut nec consecrator dat consecrato aliquā pprietatē vel etiā administrationē alicuius rei tēporalis seu spūalis. ergo imperator a coronatore q non est cōfirmator nullam recipit pprietatem nec habet eā a cōfirmatore qr confirmatione nō indiget. Et discurrat canonista per totuz corpus iuris canonici et nunq reperiet decretum seu decretalem quod vel que dicat q papa imperatorē seu regem cōfirmet sed bene dicūt q eū examināt et approbāt. sz nūq vtitur verbo cōfirmationis. verū de duplici dn̄io in p̄dictis p vos facta est mētio: verū est q duplex ē dominiū scz diuinū et humanū. diuinū dominiū est ius plenū possidēdi mundū ac mediāte possessione libere vtendi omnib⁹ cōtentis in ipso. dominiū humanū seu dominiū ade fuit ratiōalis mortalis creature ius seu auctoritas originalis possidēdi naturaliter res sibi a natura subiectas et eis plene vtendi siue eas licite pro libito voluntatis disponēdi p quod intellige dictarū rerū consumtionem locationem cōmodationem depositionē pignoratio nem vēditionem defensionē multiplicationem et similia. dixi rationalis creature: qr dn̄ium soli rationali creature competit dominiū enim df a domo. et a domo dn̄s diriuatur eo q preest domui et domū gubernat seu regit: qd irrationabili creature competere nō potest licet aliqualis assumptio rerum p sustentatione sue nature illi cōueniat. nec etiam angelis bonis seu malis qr non habent corpora q̄ pro sua necessitate talibus indigeant. auctoritas ergo siue ius soli cōuenit rationali creature potestas siue facultas irrationabilis competit. Et est hic attendendum q sicut supra mōstratum est a principio creationis humane non fuit principatus terrestris vsqz ad tempora noe. sed deus immediate pu-

niebat. vt patet in caym & Lamech & si milibus: nec fuerūt leges: sed solum dictamine ratiōis quilibet gubernabatur & erat regulariter inclinatio cuiuslibet in bonum ꝑpter bonitatē & rectitudinē humane creature. transcursu temporū fuit depravata humana natura & virib⁹ corporeis minorata. Et tunc fuit opus legibus & date fuerunt per moysen. Et post temporū cursus ampliata hominū pravitate emanarunt leges positiue ciuiles et canonice. ¶ Haec autē supponunt imutabilitatē totius conditionis humane & in statum deteriorē corporeū & animalem. qđ patet primo ex legum dispositione quarū tunc non erat opus. post successiue multiplicite quotide pro mulgantur nec sufficiunt. vt refrenet̄ pravitas humana. vt patet i pħemio de eretalium: hoc etiam pꝫ ex scriptura diuina. Nam antiquitus erant homines longioris vite & robustiores vt gygātes vnde Illuius de mirabilibus mūdi ait. Corrupta namqꝫ successiue nostri temporis per nascentium detrimente. &c.

¶ Item mundus senescit & corrumpitur continue. Et ꝑpterea scribit̄ primo Methe. vbi nunc est aridum olim fuit mare & econtra Item vnū quodqꝫ debilitatur scđm quod plus distat a suo pn̄cipio. vt scribit̄ in libro de causis. Sed nostra humana hodierna multū distat a suo pn̄cipio etiam secūdum veritatem & fidem que ponit mundi creationem. multum enim distat ab adam & ab initio creationis. Et ꝑpterea scribunt medici ꝙ eleborus albus tempore isto est intollerabilis & sic venenum ꝑpter debilitatē nature. ¶ Item scđo de hystorijs animaliū dr̄ ꝙ animalia paucos dētes habētia sunt breuioris vite. Vn̄ homines antiqtus solebant habere. xxxij. dentes alij vero. xxviij. Hodiernis diebus adhuc pauciores. ergo natura humana minorata est attenta corporis cōplexione. Nā mathussale vixit nouigentis. & xxx. annis q̄ nunqꝫ tamen ꝑpter breuitatē vite voluit domū construere Noe nonīgentis annis. Qđ potest etiā ꝑ suaderi nam cum natura humana non possit perpetuari in se ipsa incerta est solicitudo diuina dans ei virtutē generatiuā. vt seruaretur in spē qđ non posset seruari indiuidualiter vt scribitur. in. ij. libro de anima. Et ideo deus cuius est quoddā ordine cūcta disponere. vt scribit̄. ij. de aīa. xij. Methaph. naturā sic ꝑduxit humanam. vt debilitantando ꝑcedens finiatur. vt tādem vita corporali relicta que est corruptibilis & accidētalis post cum eo fruat̄ vita eterna: que ē per se & nullo extrinseco egens adminiculo. Ex quibus satis patet ꝙ potestas maxime ecclesiastica que est spūalis non debet dominia in tēporalibus appetere sed circa ea que spectant ad vitā eternā totis viribus se deberet applicare cum ista tēporalia sint transitoria vita autē illa manet in eternuꝫ. ¶ Amplius nec debent se de depositione imperatorꝭ seu regū tem poralium intromittere. put in pꝛoribus plenius fuit dictuꝫ q̄tūcūqꝫ rex vel imperator sit dignus depositiōe ꝑpter deffectum quēcunqꝫ vel crimen quod nō est inter spiritualia crimina cōputandum. Et ideo si imperator vel rex cōmittit crimen dilapidationis vel destructionis imperij seu regni aut dānabilis negligentie imperij vel regni vel tyrānidis seu quocunqꝫ aliud ꝑpter quod non in merito deponi meruerit papa nō deberet eum deponere sed popul⁹ a quo suam recipit potestatē tacite vel expresse nisi illi ad quos spectat nollent aut non possent facere iusticie complementum. Nec obstat. c. alīqs. xv q. iij. q: gallici dubij forsitan de ꝓpria potestate papam tanqꝫ sapientem duxerunt consulendū. Nundū tunc temporis vigebat studiū parisius nec francia tot prudentib⁹ put nunc est adhuc erat repleta. Sed forte diceret aliquis ꝙ Innocen. terti⁹ deposuit quartum ab imperio et Innocen. quartus deposuit fredericum imperatorem. ¶ Ad hoc quidem dicunt ꝙ Innocen. tertius & Innocē. quartus illas

depositiones fecerunt auctoritate Romanorum ad quos spectat correctio imperatoris. ¶ Alij dicunt q specialiter Innocē. quartus deposuit fredericum auctoritate consilij generalis q2 in casu heresis specialiter habet super omnes christianos potestatem. ¶ Alij dicunt q vterq male pcessit vsurpādo sibi potestatem quā nō habuit scdm quod sepe faciunt romani pontifices. vt notauit glo. extra de foro cōpe. c. si quis dicens in hec verba papa siue sint negligentes s. layci siue non quotidie concedit litteras clericis cōtra laycos sup quacunq qstione: z ita vsurpat iurisdictionē aliorum. ppter quā vsurpationē dicunt ordinem christianitatis esse cōfusum q2 omnis ordo iurisdictionis cōfunditur si vnicuiq iurisdictio sua illesa non seruetur scdm quod testantur canonice sanctiōes. xi. q. i. c. peruenit. Et ex ista vsurpatione populorum strages vastationes ciuitatum regionu3 z terrarū z alie desolationes innumerabiles solent contingere put diebus nostris in ytalia docet experientia satis abhorenda. fatentur tamen q papa potest transferre imperium vel regnum de gente in gentem casualiter. vt q2 non est alius superior. vel aliter: aut imperium vel regnum est trāsferendum de gente in gētem ppter aliquod crimen spirituale gentis: puta si gens illa inficiatur heretica prauitate vel ad legem iudeorum vel ritum gentilium: vel sectam aliam conuerteretur vl ppter aliud simile: vel propter crimen seculare. vt ppter negligentiā aut defectum alium propter quod etiam iudicio sapientum gentilium vel christianorum gens illa non esset digna alias gubernare si transferendum esset imperiū vel regnum propter crimen spirituale. ¶ Dicunt quidem q Papa potest iure diuino transferre imperium siue regnum. quia ipse in spiritualibus et annexis eis habet plenitudinem potestatis quantum ad ea que sunt de necessitate facienda. Alij dicunt q papa in hoc casu non potest transferre imperium siue regnum nisi layci fuerint damnabiliter negligentes vel fauentes genti aqua necesse est transferri imperium vel regnum: sed in hoc casu spectat ad papam de crimine spirituali cognoscere z denunciare illis ad quos spectat: vt ipsum deponant. quod si noluerint vl nō potuerit iure diuino est deuoluta potestas transferendi ad summum pōtificem z hoc quia ipse habet plenitudinem potestatis qtum ad omnia que sunt de necessitate facienda. Si vero imperium transferendum esset de gēte in gentem ppter crimen aliquod seculare vel defectu3 alium: papa auctoritate ppria talem translationem non posset facere nisi illos ad quos spectaret damnabiliter essent negligentes. ¶ Qualiter autem de facto fuit pcessum quando trāslatum fuit imperium de grecis in germanos z an iuste vel iniuste processit posset huius rei certitudinē habere qui acta illius temporis reperiret: licet tamen pro facto pape z etiam cuiuslibet iudicis donec pbetur cōtrariū sit pſumēdū extra. de renū. c. in presentia. Unde si papa absq iusta causa vel auctoritate propria ea facere attemptauerit falcem damnabiliter imisit in messem alienam. Si autem causa manifesta exigente eam fecerit vt q2 illi ad quos spectabat scilicet romani erant damnabiliter negligentes iuste processit quia tanta necessitate potuit negligentiam eorundem supplere. Insuper qnuis papa imperatorem examinet: non tamen sequitur q sit superior imperatore in temporali. examinat enim secundum aliquos: vt sciat an debeat ipsum pro imperatore reputare: et vt alijs si necesse fuerit valeat per certitudinem indicare q sit ei tanq vero imperatori obediendum nō vt ei aliquam tribuat potestatem: sed coronā imperialem tātūmodo si elect9

voluerit eas ab ipso recipere: exemplū in illis qui litteras papales imperiales seu regales visitant non tanꝙ superiores approbant vel reprobāt eas aut aliquid tribuunt eis potestatis seu vigoris sed visitant vt sciant an sint vere vel false. Sic ergo videtur quibusdam ꝙ per examinationē nō potest ostendi ꝙ imperiū sit a papa nec etiam per inunctionē consecrationem coronationē hoc ostēdi potest. nam videmus ꝙ alij reges cōsecrantur inunguntur ꝛ coronantur ab archiepiscopis vel episcopis a quibus tamen regna sua minime tenent. Amplius nec hoc potest ostendi ratione iuramenti. nam imperator non tenetur iurare summo pontifici tanꝙ vassalus: sꝫ econtra papa si vult retinere temporalia que sibi imperatores dederunt tenetur iurare tanꝙ vassalus imperatori. Dictum enim fuit omnibus presbiteris: reddite que sūt cesaris cesari et que sūt dei deo. vnde iuramentum quod imperator facit pape nō est fidelitatis. i. homagij sed fidelis deffensionis quale iuramentū prestant alij reges in regnis suis iurantes ꝙ fideliter deffendent ecclesiam qui tamen non ab ecclesia tenēt regna sua in feudū. ¶ Sed queret aliquis an imperator teneatur pape ad huiusmodi iuramentum prestandum fidelis deffensionis quidam dicūt ꝙ sic alij tenent contrariū. Et si fecerit ex deuotione vel simplicitate vel alia causa quacunqꝫ successores suos ad hoc non potuit obligare cum non habet par in parem nec minor in maiorē imperiū licet enim imperator sit papalis aduocatus id est deffensor romane ecclesie sicut ꝛ patroni ecclesiarum sunt aduocati earū tamen i nullo est imperator magis subiectus pape ꝙ alij reges. alij autem reges ad tale iuramentū minime obligātur ergo nec imperator. rursū sicut qui in ius succedit alterius eo iure vti debꝫ ꝙ ille ex. ꝺ regu. iu. c. si qs. ita q i ius succedit alterius dignitate ꝛ libertatibus gaudere debet quo iure ille gaudebat. Sed imperator romanus succedit in ius ꝙ imperatores romani fideles et etiā infideles tale iuramentū minime prestare tenebāt. ergo imperator nūc huiusmodi iuramentum nisi voluerit prestare non tenetur.

¶ Clericus. clxiiij.

Amplius patet ꝙ ad romanum pontificem spectet ꝙ cōmittat administrationē in tēporalibus nedum imperatori sed cuilibet pricipi temporali nec sine cōmissione romani pontificis potest aliquis princeps tpalis iurisdictionē exercere quod pbatur sic. Supposita plenitudine potestatis quam dedit sibi christus aliter propter opus dei sibi commissum faceret negligēter nec imitaretur christū dicentē Io. xvij. c. pater opus cōsūmaui quod dedisti michi vt facerem. Et ꝙ iurisditionē minime valeant exercere nisi prius cōmissam a romano pontifice probatur. nā qui assumit officiū dignitatis honoris etiā secularis absqꝫ principe ad quem spectat de huiusmodi officio ordinare de ambitione merito est notandus ab initio aut in secularibus dignitatibus et legibus etiam cuilibet reprobatur. Si ergo ad papā ex institutione christi spectat de huiusmodi officijs ordinare illicite sine papa exercet eadem. rursum scdm apostolū ad Ebre. v. c. Nemo sibi sumat honorem ꝙ non tantū de honore spūali sed etiā de seculari debet intelligi. c. qualiter ꝺ elec. l. si ꝗ̃s. C. de epi. ꝛ cle.

¶ Miles. clxv. ca.

Hanc plenitudinem potestatis semper supponitis ꝛ verū est ꝙ vno impossibili posito inesse necessarium est plura sequi sed quantum ad veritatē non videtur hāc plenitudinem debere concedi. quod pbatur sic. Nam repugnat optimo pricipatui solūmō seruos habere subiectos sed nōnullis apparet ꝙ non stat cū puritate optimi principatus quecūqꝫ sub

ditum presertim inuitū absq culpa sua esse seruum. Nam principatus optim⁹ propter bonum subditorum est principaliter institutus. Principatus autem seruorū est principaliter propter bonū principantis: quare hmōi principatus non est optimus iudicandus. Rursum principatus institutus contra naturam non est optimus extimandus. sed contra naturā est vt quis maiorib⁹ et equalibus ꝛ sibi similibus vel de quibus spes ꝓbabilis est ꝙ futuri sint maiores aut sibi equales virtute ꝛ sapiētia principētur tanq̄ seruis. vt ait aristoteles tertio politicorum talis eīm debet eligi in principem seu prelatum cuius comparatio ceteri grex dicantur et pro hoc. j. q. j. c. vilissimus. quare optimo pricipatui repugnare videtur ꝙ omnes subiecti sint serui. ¶ Ad quod etiam probandū videtur sufficere ratio aristotelis pmo politicorū qua probare nitiẜ ꝙ melior est principatus hominum q̄ bestiarū. liberi autem sunt meliores q̄ serui quare principatus seruorū non est optimus iudicandus. Sed contra ista forsan aliquis obiceret ꝙ optimo principatui nō repugnat perfectissima obedientia in subiectis tunc eīm optimus principatus non posset in religiōe perfectissima que obedientiā perfectissimā ꝑmitteret reperiri cū veri religiosi dicanẜ serui. xij. q. ij. c. non dicatis. ¶ Respondeo ꝙ religio perfectissima non ꝑmittit simpliciter i omnibus obedire scd̄m quod non tenētur serui in omnib⁹ obedire. Alias eīm posset prelatus religiosam huiusmodi vitam ducere secularem perfectissimā igitur religio promittit in omnib⁹ obedireque non sunt contra deum et regulam suam presertim in hijs que ad deū ꝛ bonos mores pertinent

¶ Ex istis ergo infertur pricipatui repugnare ꝙ principans illam habeat plenitudinem potestatis vt scꝫ de iure si possit omnia valeat precipere. Nam sic omnes subiecti habenti plenitudinem potestatis sunt serui ipsi⁹ scd̄m strictissimam significationē vocabuli. Nā hac potestate nullus domin⁹ super seruos potest maiorem habere de iure. sed optimo principatui repugnat ꝙ omnes subiecti sint serui ꝗ repugnat ꝙ papa huiusmodi plenitudinem potestatis habeat. Ex illa igitur sibi non potest vendicare ꝙ administrationē in temporalibus dominijs dominis temporalibus ipse solus cōmittat. Et si queratis iuxta ꝑmissa que sint illa que optimo principatui conueniant. Ad huius euidentiam ante omnia est sciendum ꝙ licet ad principantem de quo est sermo multa pertineant videlicet iura sua vnicuiq tribuere seruare. leges ꝯdere necessarias atq iustas. iudices superiores ꝛ alios inferiores constituere. quales artes ꝛ a quibus in cōitate sibi subiecta debeant exerceri oīm virtutum actus precipere ꝛ alia multa. tamen ad hoc videtur principaliter institutus vt corrigat ꝛ puniat delinquentes. si eīm in aliqua communitate nullus pro delicto seu culpa puniri deberet monitor ad bonum et doctor sufficeret ꝛ principat⁹ omnis supfluus videretur lex eniꝫ videretur institui nō propter bonos sed propter malos puniendos ꝛ corrigendos. Teste apostolo. j. ad Thimo. j. c. Lex iustis non est posita sed iniustis ergo princeps principaliter non propter bonos: sed propter malos preesse debet. Et hoc idem sapiens ecclesiastici. vij. c. videtur innuere. Noli querere fieri iudex vbi non valeas dirūpere iniquitates.

¶ Clericus. clxvj. ca.

Rursum dico ꝙ rex accipit aliquā potestatem super temporalia a ꝑsona ecclesiastica ex eo ꝙ a persona ecclesiastica inungitur. exemplū in rege francie qui inūgitur ab archiepiscopo remensis quod probatur. sic sicut se habet vnctio regalis ad regem sic vnctio sacerdotalis ad sacerdotem ꝛ episcopalis ad episcopū. sed per vnctionem sacerdotalem ꝛ episcopalem potestas accipitur ergo similiter et per vnctionem

regalem. sed clarum est ꝙ non recipit
potestatem spiritualem. ergo rex ex eo
ꝙ inungitur accipit aliqualiter potesta
tem in temporalibus seu temporalem.
¶ Item sicut natura nichil facit fru=
stra ita rationabile operans nichil facit
frustra. quare talis vnctio regis nõ fit
frustra. sꝫ frustra fieret ꝛ ridiculose nisi
per ipsam aliquam potestatem accipe=
ret et non accipit aliquam potestatem
nisi super temporalia ergo. ꝛc.

¶ Miles. clxvij. ca.

REx hereditarie succedens nõ ali=
quam potestatem accipit sup tẽ=
poralia ex eo ꝙ a persona ecclesiastica
inungitur quod probatur. Nã omnes
reges hereditarie succedentes in eodẽ
regno habent eandem super tempora=
lia potestatem in eodem regno. Aliter
enim vnus non esset verus successor et
verus heres alterius: sed in multis re=
gnis fuerũt plures reges sibi heredita
rie succedentes quorum aliqui fuerunt
vncti et aliqui non erant inuncti. Nam
aliqui fuerũt reges pagani qui non fue
runt inuncti quia reges paganorum nõ
inungũtur. aliqui autem fuerũt fideles
ꝛ christiani ꝛ inuncti quia communiter
reges christiani inunguntur. ergo per
hoc ꝙ rex hereditarie succedens vngitᷣ
non recipit super temporalia potestatẽ
ex eo ꝙ a persona ecclesiastica inungitᷣ.
¶ Confirmatur: eadem vnctio a quo=
cunq̧ cõferatur habet eundeꝫ effectuꝫ
sicut baptismus siue cõferatur a perso=
na ecclesiastica siue layca siue etiam a
muliere habet eũdem effectum ergo
vnctio regalis hꝫ eũdẽ effectũ siue cõ=
feratur a persona ecclesiastica siue alia
ergo vnctio ex hoc ꝙ cõferatur a perso
na ecclesiastica non dat vncto super tẽ=
poralia aliquam potestatem. Sed for=
te dicet quis: ꝙ vnctio regalis non po=
test conferri nisi a persona ecclesiastica
sicut nec vnctio sacerdotalis et episco=
palis. ¶ Hic forte diceretur ꝙ vnctio
regalis posset conferri a persona non
ecclesiastica quia vnctio regalis In tro=
ducta est ex veteri testamento. in veteri
autem testamento aliquando vnctio re
galis conferebatur a sacerdote vel le=
uita quibus in nouo testamento succe=
dunt ecclesiastice persone. nam samuel
qui fuit leuita vnxit de precepto dei sau
lez ꝛ dauid i reges. Et sadoc sacerdos
vnxit salomonẽ. Nõ nunq̧ vero vnctio
regalis fiebat ab aliis. Preceptum enĩ
fuit Helye vt vngeret asael regem su=
per syriem. Quare et nunc posset a per
sona non ecclesiastica inungi. nec obstat
quod in oppositum arguebatur. quia nõ
est necesse ꝙ quantum ad omnia sic se
habeat vnctio regalis ad regeꝫ sicut se
habet vnctio sacerdotalis ad sacerdotẽ
ꝛ episcopalis ad episcopum. vnctio enĩ
sacerdotalis et etiam episcopalis est ex
institutione diuina. vnctio vero regalis
licet in veteri testamento fuerit ex pre=
cepto dei tamen in noua lege fuit ex in=
stitutione humana. Et ideo nullam po
testatem dat super temporalia illa vn=
ctio regalis. nisi hoc per voluntatẽ hu=
manam fuerit voluntarie ordinatum.
quare si per ordinationem humanã nõ
est institutum vt vnctio regalis det po
testatem super temporalia nullam sibi
dabit. nec etiam obstat quod allegaba=
tur ꝙ vnctio regalis sit frustra. Dicen=
dum est ꝙ non sit frustra q̃uis enim vn
ctio nullam det super temporalia pote=
statem: tamẽ aliud operatur. potest enĩ
fieri vnctio vt rex in maiori reuerentia
ac veneratiõe habeatur quemadmodũ
in coronatione et in vnctione regum fi
unt conuiuia magna ꝛ solemnitates alie
vt reges in maiori honore habeantur
et vt regalis magnificencia ostendatur
sicut rex assuerus vt habetur Hester.
i. c. fecit magnum conuiuium vt osten=
deret magnas diuicias ad ostensionem
et gloriam regni sui.

¶ Clericus. clxviij. ca.

Quāuis in multis regnis fuerint plures reges sibi succedētes quorum aliqui fuerunt inuncti ꝛ alii nō possit vnomodo dici ꝙ reges pagani. qui non fuerunt inuncti nō fuerunt veri reges: quia vt dici. Inno. iiij. extra ecclesiam non est verum dominiū nec potestas ordinata ꝛ concessa sed tātummodo permissa vel aliter reges pagani qui non fuerunt vncti fuerunt veri reges quia pagani sicut nō tenentur ad constitutiones ecclesiasticas vt extra de diuor. c. gaudemus sic constitutionibus xpianorum non artantur. tamen christiani non possunt fieri veri reges nisi vngantur quia ex quo sunt xpiani ad consuetudinem christianorum obligātur sicut et constitutiōes ecclesiasticas seruare tenentur. Et cum vltra allegatur ꝙ vnctio regalis potest fieri ab alio ꝙ̄ a persona ecclesiastica. hoc non videtur continere veritatem quia illa que sunt propria legi diuine nō debent fieri nisi a ministris legis diuine cuius fuerunt sacerdotes et leuitei veteri testamento ꝛ persone ecclesiastice in nouo. Et cum arguitur ꝙ Helyas debuit vngere aliquos in reges et filius prophete qui non erat sacerdos nec leuita vnxit Ieeu regem super israel. Dico ꝙ non habetur in canone biblie Helyam et filium prophete supradictos nō fuisse sacerdotes nec leuitas.

¶ Miles. Clxix. Cōm.

Uidetur ꝙ vnctio regis seu imperialis sit ad bene esse et non de necessitate et per consequens non disputandum an fiat a persona ecclesiastica vel alia quod probatur sic. ¶ Quādo aliquid est in aliquo p approximationē ad alterum illud est potentius ꝛ efficatius alterio: sed in aliquibus dignitatibus ē spirituale propter maiorē approximationem ad principes qui ex sola electiōe plenissimum ius habent sicut habet in dignitate patriciatus et consulatus ergo multo forcius hoc idē erat in principe. Prima est per se nota. ¶ Scda probatur in autentica constitutiōe que dedig. a patri. potes. §. j. insti. qui mo. ius. pa. pote. solui. §. filius. C. de decur. l. vlti. li. x. Secundo hoc confirmatur non debet cui quod plus licet quod minus est non licere vt. ff. de regulis iuris l. non debet. sed maius quod est imperatore seu rege est facultas legem generalem cōdendi vt. C. de legi. l. vlt. sed hoc potest imperator statim post electionē vt. ff. de excu. tu. l. sed ꝛ reprobari. §. de philosophis ibi de his omnibus diuus pater meus mox ingrediens ciuitatem ꝛc. ¶ Qua ratione hoc imperator potest statim post electionem eadem ratione rex hereditarie succedens. hoc poterit statim ante vnctionem mortuo patre suo. quia non plus iuris tribuit electio electo ꝙ̄ paterna successio filio. Cum inter patrem et filium continuetur dominium et mortuus saisit viuum. Item electio que fit hodie per principes et prelatos de imperatore successit loco illius que fiebat olim per populum. ergo eiusdem debet esse nature insti. de actio. §. fuerat. Sed illa nullo actu extrinseco expectato perfectum ius transferebat vt. ff. de origi. iuris. l. ij. §. deinde quia difficile. xciij. distin. c. legimus. Igitur et ista sic erit a simili in rege hereditarie succedente.

¶ Amplius: contrarium tenenti potest dici ꝙ erubescat quia sine lege vt dicitur de triente et se. §. consideremus.

¶ Dicas michi queso tenens contrarium quid dicit. c. venerabilem de elec. per quod potius tua fūdatur oppinio. ibi enim dicit textus ꝙ papa inungit cōsecrat et coronat imperatorem actū confirmationis obmittēs quod fuisset facile dicere si voluisset. c. ad audienciam de deci. extra. ¶ Textus ergo ille videt innuere ꝙ ex sola electiōe impa-

ratoꝛ foꝛciatur ius. quod competit confirmatis nondū tamē vnctis siue ꝯsecratis: ſʒ cōfirmatis ꝯpetunt oīa que sunt iurisdictionis. vt extra. de elec. c. nosti. ⁊ c. transmissa qua ratione hoc in imperatoꝛe electo hoc in rege iure hereditario succedente. Ex quibus omnibꝰ luce clarius ostēdit ꝙ vnctio regalis nō fit de necessitate. sed de bene esse solū ⁊ ꝑ consequens vnctio regalis nullam tribuit potestatem in tempoꝛalibus.

¶ Clericus. clxx. cap.



Altem ⁊ si nō per vnctionem rex hereditarie succedens aliquā recipiat potestatē sup tempoꝛalia tū videret ꝙ ꝑ coronationē aliquā recipiat potestatē in tēpoꝛalibus Et hoc qꝛ quāto maioꝛ est dignitas tanto in adeptione eius debet adhiberi maioꝛ solēnitas sine qua haberi nō pōt: sed dignitas regalis est maioꝛ ꝙ̄ milicia. Circa miliciam aūt quādo qs adipiscit eaʒ debet aliqua solēnitas adhiberi sine qua nemo fit miles ergo multo magis quando aliqs fit rex aliqua solēnitas est puta coꝛonatio. qꝛ sola coꝛonatio videtur esse solēnitas q̄ est cōmunis omnibꝰ regibus q̄ adhibetur circa omnes paganos. ergo ex eo ꝙ aliqs coꝛonat accipit regiam dignitatē: sed dignitas regia nō est sine potestate sup tēpoꝛalia ergo rex hereditarie succedēs ex eo ꝙ coꝛonatur aliquā recipit potestatē sup tempoꝛalia

¶ Miles. clxxi. cap.



¶ Ad septimum respondetur quod vbicunque mater expellitur propter inhabilitatem suam eadem et pari ratione filius eius habens seu pretendens causam ab ipsa. l. diuo marcho. C. de fal. qui vincit igitur matrem vincit quemlibet habentem causam ab ipsa.

¶ Ad octauum fateor quod appellatione posteritatis continentur nedum masculi. sed et femine. maxime in priuilegio principis quod est large interpretandum. c. decet de regulis iuris lib. vi. l. fi. ff. de consti. princ. Sed in successione regni virtute consuetudinis verbum posteritatis restringitur ad masculos et sic debet intelligi de eis et descendentibus ex eis. vt est expressum superius.

¶ Ad nonum negetur quod hic sit habilitas ex parte femine. vt supra probatum est. Et quod dicitur quod edictum est prohibitorium certarum personarum. Dico quod esto quod expresse non prohibeat consuetudo natum ex femina succedere in regno. tamen implicite et virtualiter satis prohibet filium dum matrem prohibet per medium cuius filius deberet succedere et non aliter.

¶ Ad decimum quando arguitur quod statutum de vna specie ad aliam non extenditur verum est. sed hic versatur consuetudo circa eandem speciem scilicet feminas et per consequens circa filios earundem. Et quando dicitur quod cessat ratio: quia masculus est et potest procurare salutem rei publice hoc non obstat: quia adhuc cessat in eo consideratio. quia volunt iura concedendo quod solus masculus succedat in regno et in feudo pari forma quod hoc fieret contemplando familiam ipsius masculi et descendentes per lineam masculinam: quia vt dicit lex qui nascitur patris non matris familiam sequitur insti. de legi. agna. tu. §. primo. Quod videmus practicari in armis. quia non matris sed patris quis defert arma idem in cognominibus et multis similibus.

¶ Ad vndecimum respondeo quod illa clausula anteferri quod masculus succedat in regno non est odiosa: ymo quam plurimum fauorabilis rei publice secundum quod supra tangebatur respondendo ad secundam rationem.

¶ Ad duodecimum vbi arguitur de auctentica cessante per quam videtur quod filia representet personam patris non obstat pluribus rationibus. Primo quia rex francie seu regnum non astringitur legibus imperatorum. Rex enim francie non recognoscat superiorem in terris in. c. per venerabilem qui filii sunt legi. ¶ Item dicta auctentica cessante nichil facit ad propositum: quia loquitur in rebus non feudalibus nec etiam loquitur in regnis in quibus alia ratio reformat pactum. Et propterea superuenerit iura secunde collationis que prouident in feudalibus quibus non erat antiquitus prouisum vbi dicitur quod masculus maxime in feudo paterno debet succedere. eadem ratione et maiori in regno. Item dicta auctentica loquitur in rebus diuisibilibus sui natura. non autem loquitur in regno indiuisibili. vt in illa constitutione frederici. §. preterea ducatus.

¶ Ad decimumtertium dicitur quod frater debebat recipere relictam fratris sui: ad hoc vt suscitaret semen fratris. Dico quod illa ratio facit ad opinionem nostram: quia

deus pmisit Abrahe: q in semine eius benedicerentur omnes gentes. Et ad istu3 finem ne linea masculina Abrahe deficeret deus ordinauit q frater reciperet relictam fratris: vt suscitaret semen fratris sui qr femine non reputabatur verum semen promissionis: nec adhuc secundu rationem hodie reputatur linea feminina ad ppetuationē essentie linee masculine. Insuper scdz leges moralem ad gubernationem populi r cōsulendū rei publice: melior r constātior debet eligi. viij. q. j. c. lz. Sed constat q mulier ex sui natura est inconstans. Nouem enim sunt vicia mulierum. Primo laborant contra ppria cōmoda. C. de spon. l. iuj. Secundo qr gen⁹ mulierum est auarissimu3. C. de dona. ante nup. l. si a sponso. r. ff. ad velleia. l. sed si ego in fi. Tertio q voluntates earū sunt momentanee. C. de in offic. testa. l. filia. vnde quid vento leuius: mulier: qd muliere nichil. Quarto q male sunt ff. de offic. pro consul. l. obseruare.

Quinto q nimis sunt loquaces. vt l. j. §. ferum. ff. de postula. Sexto q omnia psumuntur false r ideo atestificatione testamētorum phibentur vt insti. de testa. §. testes. Septimo qr semp faciunt vetita. vnde nituntur in vetitū: faciuntq negatum: semper pna rei q phibetur vt extra de matri. cōtrac. contra inter. eccle. Octauo qr volunt ppriam turpitudinem allegare. extra de diuorcijs. c. ex litteris Nono quia nimis sunt astute. et ideo dicit lex q satis debet esse aliquis contentus si possit immunis recedere a cōtractibus earum. vt. ff. de iure. decur. l. quotiēs in fi. Unde Augustinus. femina instabilis bestia amabile odium: viri confusio fomentū sceleris origo litium et ad omne scelus causam inueniens. Cum igitur femine tales habeant conditiones: masculi vero regulariter habēt conditiones cōtrarias: sequitur q ad regimen rei publice masculi sunt preferendi mulieribus.

Item secundum philosophos mulieres non debent assumi ad regendum rempublicā. Nam conditiones earum repugnant regimini rei publice. Ad hoc facit lex femine. ff. de tutel. r. l. femine. ff. de reg. iur. Plura enim incumbunt circa bonum regimen rei publice de quibus mulieres nō possent se intromittere. Et similiter inconueniens grande foret q principat⁹ francie gubernaretur per mulierem. nec mulier iure scripto potest succedere in regno nec etiam iudicare potest. l. cum pretor. ff. de iudi. nec propter fragilitatem sexus posset iuuare seu defendere rem publicam. Nunquid exemplū habemus in benedicta virgine maria que r si prunior fuerit filio suo saluatori nostro. tamen non successit ei i regimine populi spiritualis: nec etiā tpali: nec ēt iudicabit i die iudicij. s3 apostoli fuerūt instituti ad regēdū populū in spiritualibus r iudicabunt cū christo in die iudicij. Et q mulier non debeat succedere in aliquo principatu patet quarto regum. v. c. et apostolus dicit estote subiecti regi tanq precellenti r ducibus tanq ab eo missis. Et est phibitum iure diuino r etiam per apostolu3 q mulieres non dominentur sup homines nec debent mulieres docere vel iudicare.

Ad decimūquartum argumentum quando dicitur q consuetudo pscripta est contra feminas non contra masculos: respondetur q consuetudo prescripta contra feminas videtur similiter prescripta contra filios. quia destructo antecedenti seu fundamento destruuntur omnia que sequūtur ex eo. Et femina non delatum non quesitum ius trāsferre non potuit in filium. C. de cadu. tollē. l. vnica. §. pro secundo. Sed mulieri scdm q est sepius dictū nullū ius potuit acqri in regno. ergo in filiū nullū potuit trāsmittere. Nec de extremo ad extremū obmisso medio ihabili fit trāsit⁹. s3 mulier est mediū ihabile succedēdi i regno ergo illud nō trāsferret i filiū Insuper ius pmogeniture quod est

personale non est transmissibile in heredes. ff. de regulis iuris. l. in omnibus. Et hic aduertendum quod istud ius primogeniture maxime in regnis fuit introductum: vt conseruaretur vnitas multitudinis seu populi: que dicitur pax: in qua bonum et salus multitudinis consistit dicente cassiodoro. omni quippe regno desiderabilis debet esse tranquillitas in qua et populi proficiunt et vtilitas gentium custoditur. sic bonarum artium decora mater hec mortalium genus multiplicat facultates protendit mores extollit. Et legislator dixit cognruit bono et graui presidi curare patriam pacificam: quietamque esse quam regit prouintiam. Nam pace remota socialis vite perit vtilitas: quinimmo multitudo dissensciens: si sibi ipsi est onerosa et per consequens nichil habet honesti: opus fuit et est ad vnitatem et pacem huiusmodi inducendam et seruandam aliquo regente et dirigente per quem ipsa multitudo dirigatur et regatur. vnde Salomon dicit. vbi non est gubernator corruit populus. Quanto igitur regnum efficatius fuit ad vnitatem et pacem conseruandam tanto vtilius: manifestum autem est quod efficatius vnitatem efficere et conseruare potest masculus quam femina et vnus etiam masculus quam plures in pluribus: requiritur enim vnio ad hoc quod modo debito regi possit: vniri vero dicuntur plura propter appropriationem ad vnum multis existentibus in vna diuersitate: seu multitudine partibus rectoribus. et vno quoque id quod sibi foret delectabile prouidentibus. multitudo illa de facili dispergeretur et vnitas subsistere non posset in ea. sicut in natura videmus quam ars imitatur. vt insti. de adopti. §. in minoram. Nam in membrorum pluritate est vnicum caput. quod si plura in eodem corpore reperiantur dicetur esse monstrum ff. de statu homi. l. non sunt liberi et in toto vniuerso vnus deus factor et rector est. vt ait philosophus. xii. methaphisice. Exemplum quoque de vnitate huiusmodi in populo habet ex diuina scriptura vbi deus per ezechielem dixit seruus meus dauid rex super eos erit: et pastor vnus erit omnium illorum. Et pro munere promittit populo suo quod ponet sibi caput vnum et quod princeps vnus erit in medio eorum. ¶ His quoque considerationibus prohibuit papa in generali concilio quod vna eademque ciuitas siue diocesis diuersos heret episcopos ne vnum corpus diuersa videretur here capita quod esset monstrum. Ita canone sancitum est quod singule prouincie singulos archiepiscopos habeant vt extra de offi. ordi. c. quoniam in plerisque. et romano populo cum rectus esset per plures: necessarium visum est rei publice per vnum consuli. ff. de origine iuris. l. ii. §. deinde. His itaque considerationibus inductum est vt in vno regno vnum caput presit quod populum regat et dirigat et vnitatem et pacem inter ipsos nutriat et conseruet. Et quamuis aliquibus visum est probabilius in hoc rationibus non carentibus quod huiusmodi caput per electionem foret assumendum tamen obtentum et vsitatum est et esse vtilius approbatum quod iure hereditario per successionem in vno regno vnicus rex habeatur. ¶ Primo quia mortuo principali capite videlicet rege: discordie de facili poterant exoriri, quis poterat in principale caput regiminis substitui. Et ideo vtile fuit certam prosapiam determinare ex qua semper assumeret ipsum principale caput. s. vnicus rex sicut etiam habetur in simili. ff. de mu. et ho. l. vt gradatim. §. et si lege et l. scripto in principio. Et iterum: quia dissentio esse potuisset quis ex ipsa prosapia assumeretur in regem: vtile fuit determinare quis mortuo rege regnare deberet: et rationabiliter visum est quod vnus ex filiis: et quidem primogenitus ipsius regis. Et hoc duplici: ratione primo vt rex viuens presciens aliquem ex filiis suis regnare debere: plus curet de vtilitate et ampliatione regni sui. ¶ Secundo quia pluribus existentibus filiis rationabile visum fuit quod primogenitus in regimine

succedat. Nam natu ra dedit eidez hos quidem seniores et hos quidem iuniores, quorum hos qdē subici hos qdē p̄ncipari decet: nec indignari debet iuuenis scd'z etatem subditum fore valentiori: honestum enim est iunioribus ministrare senioribus et obedire: vt ait philosophus septimo politicorum et facit. ff. de fide instru. l. finali. hoc etiam suadet dilectio maior: quaz pater cōmuniter habet ad primogenitum: vt pater ampliori sollicitudine de bono regni curet sciens eū ad filium plus dilectum peruenturum Si quis igitur diligenter attēdat rationes predictas ob quas inductum extitit ius primogeniture: ipsum ius principaliter ratione regiminis fuit introductum vt vnitas regiminis in regno esset per quā pax quies populi in regno cōseruaretur. et ita in regnis ducatibus et similibus dignitatibus locū habet quibus maius versatur periculum et i quibus pax et vnitas maior requiritur. in aliis vero ius commune obseruetur vt equaliter īter ipsos hereditas diuidat.

¶ Clericus. clxxxviij. ca.



Amplius quero quo iure rex francie modernus ducatū britannie domino Johanne de monte forti uero et legitimo duce expulso sine cause cognitione teneat occupatū. Et primo videtur q̄ ante omnia sit restituendus de resti. spo. c. i. i istis. iij. q. ij. et iij. q. j. per totum. Secundo nemo debet priuari possessione sua sine cause cognitione c. ij. de rescriptis et c. ex. istis. Uñ regula est q̄ nūq̄ quis pōt priuari possessione sua saltem colorata nisi eo primitus vocato. c. licet. ij. de preben. lib. vj.

¶ Unde et si sententia iuris priuaret eum proprietate ipso iure: non tamen sententia iuris priuaret eum possessione. vt est casus expressus in dicto. c. licz et omnis actus iudicialis ab illa parte que. de in ius vocando appellatur incipit. insti. de pe. te litigan. §. fi. c. quoniaz extra de proba. et sic cum non intercesserit cause cognitio igitur restituendus

¶ Tertio rex iuris ordinem non seruauit quis ad regem non spectabat eū pro pter feloniā priuare: sz ad pares. titulo quo tempore miles inuestituram petere debet. c. i. et de prohi. feu. alie. per fredericum. c. imperialem nec poterat iudex esse in causa sua. C. vt nemo priuatus in rubro et in nigro.

¶ Quarto sicut per priuatum sic et per iudicem pōt fieri violētia ad quod faciunt notata p̄ inno. iiij. c. ex conquestione de resti. spo. c. conquerente. Unde si inuadetur colonus vt fructuum perceptio impediatur licet vti interdicto vnde vi pro recuperāda possessione. ff. de vi et vi armata. l. ij. §. item si non vsufructus. sed fructuum perceptio quos subditi ducatus britānie percipiebāt a domino suo consistunt in pluribus vt notatur. xxij. q. v. c. de forma. et per regez impeditur. igitur saltez eis vt videtur nomine suo competit vtile interdictum vnde vi p̄ iuribus istis recuperandis contra regem. l. i. §. hoc interdictū de vi et vi ar. Ex premissis ergo euidēter concluditur q̄ esto q̄ dictus dominus iohannes de monteforti nullum ius habeat in ducatu britannie quo ad proprietatē vel propter defectum tituli vel aliās: tamen ante omnia venit restituendus.

Sed nunc luce clarius ostēditur q̄ ipse sit verus dux britannie. Et primo sic Planum est q̄ arturus dux britannie habuit duos filios scz iohannem et comitem de monteforti. vnde dictus iohannes tanq̄ primogenitus successit arturo. quiquidem iohannes sine herede proprij corporis viam vniuerse carnis fuit ingressus. et erat dictus comes frater naturalis et legitimus dicti ducis iohannis et proximior in gradu et cōsanguinitate ab illo latere. vnde ducatus descendebat. Unde sciendum q̄ dictus dux iohannes diu ante mortez suam timens ne aliqua cōtrouersia sup

ducatu post decessum suum nasceretur: declarauit et expressit inter viuos voluntatem suam videlicet quod dictus frater et comes succederet eo casu quod sine prole legitima sui corporis decederet: et esset sibi heres vniuersalis et solus.

¶ Item tractu temporis suum condidit testamentum: et dictum comitem fratrem suum instituit heredem vniuersalem in toto ducatu britannie.

¶ Et quod debeat succedere probatur iure diuino/naturali/morali/ciuili/et canonico. iure diuino probatur per legem quam tradidit dominus moysi et precepit omnibus obseruandam que dicit. quod si aliquis moriatur sine filio masculo hereditas debet venire ad filias. et vbi non habet filias veniet hereditas ad fratres. Sed sic est quod dictus dux non habebat filium vel filiam nec alium fratrem preter dictum comitem ergo etc. ¶ Item .iiij. regum. v. c. dicitur mortuus est rex occosias et regnauit Joram frater eius non enim habebat filium. ¶ Quare concluditur quod frater debet succedere filio deficiente. Et hec iura sunt naturalia et immutabilia. v. di. §. j. Item iure naturali. ¶ Planum est enim quod successio defertur iure sanguinis. l. scripto. C. vnde liberi. et per consequens prius defertur proximiori. sed nulli dubium quin dictus comes. quia frater et in secundo gradu sit proximior dicto duci iohanni quam filia fratris que est in tertio gradu. Jure ciuili quia ille qui est primi or ab vno latere in gradu est proximior consanguinitate et per consequens in successione. Sed sic est quod dictus comes est proximior gradu in quantum hoc ab vno latere tamen quam sit filia fratris dicti iohannis: quamuis attineat ab vtroque latere. igitur propinquior debet esse in successione

¶ Amplius sibi debetur ducatus lege morali. nulli enim dubium quin secundum legem moralem ad gubernationem populi debet constantior assumi: sed mulier sui natura est inconstans ergo debet a successione ducatus repelli.

¶ Insuper secundum iura ciuilia frater excludit omnes collaterales sed sic est quod filia fratris est collateralis. ergo dictus comes frater eam in successione ducatus excludet. Hoc enim videmus in successione iuris patronatus: in successione feudi: et in tutella deferenda. Quibus omnibus frater excludit omnes collaterales de iure. ff. et C. frater ex parte patris solum querebat testamentum fratris: sed nepotes vtriusque coniuncti non querebant testamenta auunculi: igitur dictus comes preferendus est nepoti. Et maxime quia secundum iura feudalia mulier non succedit in feudo.

¶ Preterea supposito sine preiudicio quod mulier succedat in feudo ex conuentione seu ex consuetudine: tamen hoc esset intelligendum vbi nullus esset proximior ex illa linea ex qua feudum descendit. sed clarum est quod dictus comes et proximior masculus ex illo latere vnde hereditas descendit. ergo etc. ¶ Amplius hoc apparet iure canonico. nam iura canonica approbant iura que loquuntur de feudis quibus dictus comes debet preferri quia proximior masculus.

¶ Item iure canonico vbi rex decedit sine filio masculo quamuis filiam habuerit frater. tamen in successione regni excludet dictam filiam. sed certum est quod antiquitus britannie ducatus fuit regnum et adhuc tenet iura et nobilitates regni circa subiectos prout apparet quia vtitur regalia in episcopatibus sui ducatus: et facit monetam. et habet piscatures in mari/et pisces regales/et potest crimina remittere/et ad patriam restituere. Et est certum secundum quod patet ex antiquis cronicis: quod plures reges fuerunt antiquitus in britannia. rex Salomon et plures alii. nec est dicendum quod nobilitatem ducatus amiserit ex eo quod nunc tenet in paritate regis francie quia superueniens dignitas precedentem non tollit. Et maxime quia dum rex britannie submisit se regi francie: iura regalia et alie nobilitates fuerunt sibi reseruate secundum quod patet ex antiquis hystoriis

britannie. Ex premissis sequitur quod si filia in regno non succedit nec etiam in ducatu britannie poterit succedere.

¶ Preterea secundum generalem consuetudinem francie mortuus saisit viuum proximum in gradu ex illo latere ex quo successio descendit. Et excluduntur omnes alij remotiores in gradu quamuis sint vtrinque coniuncti.

¶ Insuper secundum consuetudinem mulier non succedit in hereditate descendente a latere quamdiu sunt proximiores maxime in feudis. sed hee consuetudines habent locum in regno francie: per consequens in ducatu britannie. quia membra caput sequuntur. Item in ducatu britannie postquam ducatus fuit factus feudalis semper quotiens se casus obtulit masculus successit exclusis feminis etiam in eodem gradu existentibus. quia mulier non succedit in feudo secundum quod ex rationibus supradictis clarius demonstratur. quibus addantur etiam omnes rationes que superius fuerunt allegate de successione regni francie: videlicet quod mulier non possit succedere in regno.

¶ Ex premissis duo principaliter concludo. primo quod dominus Johannes de monteforti quia spoliatus et expulsus extra ducatum britannie iniuste et sine cause cognitione ante omnia est restituendus. Secundo quia dictus Johannes de monteforti est verus et legitimus dux britannie: et per consequens rex francie modernus contra iura naturalia ciuilia et canonica necnon contra consuetudinem regni francie iniuste contra deum et iustitiam dictum ducatum britannie tenet occupatum.

Ulterius nunc clare volo ostendere quod rex francie esto quod iuste teneat dictum ducatum habito respectu ad dominam de pentheuria et liberos eius quondam vxorem pie recordationis karoli de blasio: ipse tamen ducatum iniuste tenet occupatum. Et hoc probatur iure diuino / naturali / morali / ciuili et canonico. Necnon et iure consuetudinario. Iure diuino primo. Nam post mortem saphant filie eius representauerunt personam eius. iiij. reg. l. c. Secundo successio debetur iure naturali et ratione sanguinis. et quanto est maior coniunctioni sanguinis tanto magis debetur successio illi magis coniuncto. sed sic est quod dominus Guido de britannia pater dicte domine de pentheuria erat frater ex parte patris et matris domini Johannis ducis britannie: et dictus comes erat frater ex parte patris solum. et sic dicta domina vxor Karoli est magis coniuncta. quia ex vtroque latere: comes ex altero tantum.

¶ Tertio coniunctio patris et matris est certior ex parte patris quam ex parte matris. l. quia. ff. de inius. vo. sed dicta domina est coniuncta ex vtroque latere vt est dictum. comes ex parte patris tantum. ergo dicta domina in successione ducatus erit preferenda quia certior est coniunctio.

¶ Quarto duo vincula fortiora sunt vno. c. j. extra de treu. et pace. sed dicta domina est duobus vinculis coniuncta comes vero vno vinculo tantum. ergo dicta domina erit preferenda.

¶ Quinto iure ciuili patet quod filia representet personam patris. in auctentica. cessan. C. de suis et legi. here.

¶ Sexto dictus dominus Karolus post completum matrimonium inter eum et dictam dominam iurauit prestare domino Johanne duce britannie et omnibus baronibus Britannie quod seruaret iura et consuetudines patrie et quod post mortem ipsius ducis ipse portaret arma plana britannie tanquam verus dominus successor ducatus britannie. et ad hoc expresse fuit dederunt assensum dicti dux et barones. Septimo iure canonico planum est quod mulier potest in ducatu succedere. Octauo hoc probatur iure consuetudinario. Et ad hoc potest allegari triplex consuetudo. prima est quod notoria inter nobiles britannie quia primogenitus succedit in feudis. exclusis secundogenitis. Et hec consuetudo probatur iure diuino quia vt in lib. genesis.

legitur ysaac habuit duos filios Esau et Jacob quiquidē Esau renunciauit iuri pmogeniture transumptiue. vī. q. f. c. ꝙ periculosū. Sed clarum est ꝙ dominus guido de britannia fuit primo genitus ꝙ dictus comes de monte forti. igitur ipse in successione ducatus fuit pferendus igitur et dicta domina filia sua erit in illa successione pferenda. Secunda consuetudo est quia si primogenitus moriatur sine herede ppriū corporis. secundogenitus debet succedere. sed dominus Johannes primogenitus et dux britānie decessit sine legitimo herede ppriū corporis igitur dictus dominus guido secundo genitus debuit succedere per cōsequēs et filia sua scʒ dicta domina vxor domini Karoli. Tertia cōsuetudo que est in britannia est talis ꝙ filius vel filia fratris germani pmogeniti representat personam patris sui et venit ad successionem exclusis fratribus secundo genitis. sʒ sic ē ꝙ dicta domina vxor Karoli erat filia domini guidonis pmogeniti respectu dicti comitis de mōte forti. ergo representabat personā patris: et veniet ad successionem excluso dicto secundo genito comite de monte forti. Ex quibus omnibus luce clarius demonstratur dictam dominām relictā Karoli esse veram et legitimam heredē totius ducatus britānie. et p consequēs rex francie modernus contra iura diuina naturalia moralia ciuilia et canonica contra consuetudines legitime pscriptas contra deum et iustitiam. et si non habito respectu ad dictum dominum iohannē de monte forti: saltem habito respectu ad dictam dominam dictum ducatum detinet occupatum. Sed statim dicet aliquis ꝙ supposito sine piudicio ꝙ hiis rationibus dicta domina ius habuit in ducatu britannie: tamen i tractatu pacis nuper habito inter dictum dominum iohānem ex vna parte et dictam dominam ex altera iuri si quod habuit in ducatu renunciauit. Et sic amplius regressum habere nō poterit. vī. q. f. c. ꝙ periculosum. ¶ Respondeo: ꝙ hec renūciatio fuit conditionalis. vt in dicto tractatu pacis plenius continetur: quequidem conditio que debebat per dictum dominum comitem ad impleri non fuit ad impleta et stetit per eū, et sic p non adiecta debebat haberi secundū sanctiones canonicas pariter et ciuiles. Ex quo concluditur ꝙ ppter feloniam dicti domini iohānis de monte forti seu inobedientiam pditionem seu lesam maiestatem dictus ducatus minime confiscari potuerit: quia res que cadit in restitutione non potest confiscari vel alienari. C. communia de leg. autentica res que. Sed vt est dictum in defectum cōditionis non ad implete ducatus debebat dicte domine restitui igitur non potuit propter culpam dicti domini iohannis confiscari. Insuper sm quod in tractatu dicte pacis continetur vbi dictus dominus iohannes de monteforti sine legitimo herede proprii corporis decederet ducatus debebat reuerti ad dictam dominam et suos heredes legitimos. non potuit ergo ppter feloniā dicti domini iohannis de monte forti qualitercunqꝫ confiscari.

¶ Miles. clxxxix. cap.

Ex premissis tria elicio per vos pncipaliter tacta. Primo ꝙ rex francie sine cause cognitione dominum iohannem de monte forti de ducatu britānie ciecit et iniuste spoliauit. Et sic ante omnia tenetur eum restituere. Secundo quia dominus iohannes est verus et legitimus heres ducatus britānie. Tertio ēsto ꝙ habito respectu ad dictum dominum iohannem de monte forti rex saepe dictum ducatum iuste possideret. tñ negari non posset quin iniuste possideret seu detineret habito respectu ad dominam de pentheuria ad quā ducatus noscitur pertinere. Quātum ad primū luce clarius ostendi potest ꝙ rex francie secundum deū et iusticiam ducatum britānie possideat et sic ad restitutionem minime tenetur. Et primo sic. criminis

iniquitas impedit restitutionem. xij.q.ij.c.votum. huiusmodi est crimen rebellionis seu lese maiestatis sed dominus Johannes de montefortiest rebellis et proditor manifestus et sic regalem lesit maiestatem igitur restituendus non est

¶ Secundo propter criminis euidenciam impeditur restitutio.ij.q.j.c.manifesta.et.c.de manifesta.et.c.euidentia de actu huiusmodi est hec rebellio dicti domini iohannis de monteforti ergo.etc.

¶ Tertio videtur quod rex potuit procedere ad instar locatorum qui inuecta et illata icludit propria auctoritate.ff.de dam.p. infec.l.vtique in quibus caussis pignus contra. Nam homo meus siue colonus videtur assimilari seruo.C.de his qui ad ecclesiam confugiunt lege presenti §. sane.C.de agrico.et cen.l.ne diucius sed in seruo potestatem habeo quam volo exercere.ff.de his qui sui vel alieni iuris sunt.l.fi.ff.de pecul.l.sed et si dampnum §.preterea.maxime hec vera in rege cuius iurisdictio est suprema in suo regno si superiorem non recognoscat et sic non potest habere recursus ad superiorem iuxta c.licet in fi.de elec.et sic non obstaret.l. ordinata.ff.de li.causa.

¶ Quarto legis maiestatis cognitio spectat ad principem.l.penulti. et fi.C. ad.l.iul. maiestatis et eius bona debent confiscari in autentica vt nulli iudicum in fi.ix.coll. Cum enim oia a principe descenderunt. viij.distin.c. quo iure. non mirum si propter delictum in eum commissum.reuertantur ad ipsum quia res de facili reuertitur ad priorem suum statum xxxv.di.c.ab exordio. Et si mater rogata restituere post mortem filio suo condemnetur et eius bona publicentur non ad filium sed ad fiscum ea viuente applicatur hereditas.ff.de iure fisci.l.statuis §. fi. Ex quibus duo inferuntur scilicet quod regis est cognitio et sibi fiet confiscatio in causa rebellionis iuste. ergo manum posuit et sic cessat restitutio quia iuris executio non habet iniuriam.l.iniuriarum.ff.de iniur.l.cum ecclesia de elect.

Si subditi vellent restitui non deberet audiri quia ei soli qui possidebat competit restitutio seu interdictum vnde vi sed isti non possidebant sed possidebantur ergo etc. ¶ Probatur primum per ea que no.et leg.in.c.cum ad sedem de resti. spo. Clarum est secundum ar.l.sic euenit.ff. ad.l.iul.de adulter. ¶ Quinto magna est differentia. Utrum violentia fiat a iudicem vel a priuato. Nam si violentia fieret a priuato non esset possessionis restitutio retardanda pretextu exceptionis proprietatis obiecte etiam si vellet de iure proprietatis immediate docere de vi. et vi.ar.l.j.et.l.iij.§.in istis de resti. spoli. Sed vbi fit spoliatio a iudice maxime vbi proprietatis causa est probata obiectus proprietatis impedit restitutionem vt est videre in muliere que petebat se restitui in possessionem matrimonij in.c. significasti.de diuor. Sed in proposito vtile dominium ducatus confusum fuit cum directo propter feloniam notorie commissam per dictum dominum iohannem igitur impediet restitutionem. ¶ Sexto cessat restitutio vbi res peruenit ad eum cui debebat tradi seu restitui. Sed ducatus ratione offense et rebellionis manifeste erat confiscatus et debebat tradi regi:igitur debet restitutio impediri per dictum.c.cum dilectus.§.verum. Et quod ibi nota.de ordi.cogni.l.siquis emptionis titulo.§.si autem.C.de prescrip.xxx. vel.xl.anno. Ex quibus omnibus quo ad primum euidenter concluditur quod dictus dominus iohannes de monteforti minime est restituendus. Nunc autem quo ad secundum vbi pluribus modis fuit deductum quod dictus dominus iohannes de monteforti est verus et legitimus heres in toto ducatu britannie hec omnia pro ista parte allegata faciunt pro rege francie et ad exclusionem dicte domine de pentheuria et descendentium ab ea Nam si ipse erat verus et legitimus dux per iam dicta. dictus ducatus propter proditionem et manifestam ipsius proditionem seu rebellionem potuit eadem

in commissum ipsius enim proditio et
rebellio omnibus regnicolis est manife-
sta: quod nec ipse aliqua tergiuersatiõe
posset etiam celare cum regem et domi
num suum superiorem suis litteris du-
xerit deffendendum. patet etiam que et
quanta grauamina suis subditis tallijs
et alijs extraordinarijs exactionibus in
ferebat. propter que etiam circumscri-
pta qualibet proditione seu rebellione
poterat et debebat rex francie dictum
dominum Johannem ꝓuare ducatu:
quia domini qui diu talia agunt tenent
populum in seruitute: sed ad superiorẽ
ꝑtinet populũ de seruitute eruere vt. C.
de offi. ꝑfec. ꝑto. affri. l. §. circa principi
um. Et ad superiorem spectat tyrãnos
deponere. C. de offi. pre. preto. affri. l.
in nomine domini. Johannez demõte
forti eiecit tuz ratione proditiõis ac re
bellionis manifeste tum etiam ratione
tyrãnidis intollerabilis quã i subditos
exercebat. Nunc ergo ad tertiũ in quo
videtur probatum ꝙ supposito ꝙ habi-
to respectu ad sepe dictuz Johannem
de monteforti rex ducatum iuste possi-
deret tamem habito respectu ad dñam
de pentheuria ipsum ducatũ iniuste de-
tinet occupatum. respondeo. et primo
ad primum quando allegatur ꝙ post mor
tem saphaat filie sue representauerũt ꝑ
sonam suaz in successione saphaat erat
vnus pauper homo et fuit mortuus in
peccato nec erant sibi propinquiores ꝗ̃
filie supradicte. Hic autem loquitur de
successione ducatus et vbi etiam dict⁹
comes erat propinquior in recta linea.
¶ Ad secundum vbi dicitur ꝙ succes-
sio debetur ratione sanguinis et magis
coniuncto. ista ratio bene intellecta facit
contra dominam et pro comite quia pla-
num est ꝙ dictus comes erat propinqui
or duci Johanni ꝗ̃ esset dicta domina
que solum erat neptis. Nec obstat illud
quod allegatur ꝙ pater dicte domine
erat ex vtroqȝ latere coniunctus duci
iohanni. Comes vero ex altero tantum
qȝ sufficiebat ꝙ esset coniunctus ex illo
latere ex quo ducatus descendebat.
¶ Ad tertiam rationez dum dicitur ꝙ
cõiunctio est certior ex parte matris ꝗ̃
ex parte patris. Respondeo. ꝙ hec ra-
tio facit contra dictam dñam quia ge-
nerationem patris sui reddit incertam
nichil ergo potest iuris vendicare in illo
ducatu cuz ex parte patris sui descẽdat
¶ Ad quartum quo arguitur de duo-
bus vinculis que sunt fortiora vno. re-
spondeo ꝙ alterũ ex istis duobus vincu
lis nichil ligat vel addit ad propositum
scȝ vinculũ ex parte matris domini du-
cis iohannis et domini guidonis de bri
tãnia patris dicte domine quia ex late
re dicte matris ducatus non descende-
bat. Nunc ad quintam rationẽ de autẽ
tica cessante. Respondeo ꝙ illa auten-
tica nichil facit ad propositum. quia
non loquitur de feudalibus et maxime
in ducatibus. Et quia ꝯstitũ ad hoc non
erat sufficienter prouisum in feudalib⁹
iura feudalia decime collationis super-
uenerunt vbi disponitur ꝙ mulier non
succedit specialiter in feudo paterno.
Unde in materia feudoruz appellatio
ne heredis masculi tm̃ comprehendun
tur. dicta autentica loquitur in reb⁹ di-
uisibilibus sui natura. Item dicta autẽ
tica nõ ligat regẽ vel regnum sed i vim
rationis tantum. ¶ Ad septimum vbi
dicitur. ꝙ post completũ matrimonium
dictus dominus Karolus iurauit por-
tare arma. ꝛc. ¶ Respondeo ꝙ esto ꝙ
sic factum fuerit hoc fuit dicto comite
minime vocato. ꝛ sic sibi nõ poterat ali-
quod preiudiciũ generare. ¶ Ad octa-
uum ꝙ iure canonico mulier potest i du
catu succedere hoc posset veritatẽ con-
tinere masculis deficientib⁹. sed hic nõ
deficit masculus et dictus comes necdũ
est masculus sed etiam proximior. non
in merito ergo dictã dominaz debet ex
cludere. ¶ Ad nonũ vbi allegatur triplex
cõsuetudo. Et primo ad primã ꝯsuetu-
dinem q̃ hȝ ꝙ primogenit⁹ excludit se-
cundo genitos. Respondeo ꝙ suppos-
to ꝙ illa cõsuetudo locũ habeat in bri-

tãnia hoc est verũ inter subditos sȝ nõ hȝ locum in capite scȝ in duce quia tantũ prescriptum q̃tum possessum. Et illa auctoritas allegata de esau et iacob nichil facit ad propositum quia loquit̃ de alia primogenitura q̃ de iure succedendi. quia primogenitus tunc primo seruiebat in templo ꝛ pferebat̃ in aliis cerimoniis. vt patet in antiquo testamẽto. q̃uis enim iacob per benedictionem paternam habuit iura primogeniture: esau tñ successit patri in hereditate ꝛ sic illa auctoritas modicuȝ facit ad propositum. ¶ Ad secundam vbi dicitur ꝙ si primogenitus moriatur sine herede propr̃ĳ corporis ꝛc. Respõdeo ꝙ secũdum veritatem rationis et iuris si aliq̃s primogenitus moriatur anteq̃ aliquod ius fuerit sibi acquisituȝ: perinde reputatur ac si nunq̃ in rebus humanis fuerit: quia nulluȝ ius habebat in eo quod tenebat viuens nec in re nec in spe cum esset collateralis prout est in casu nostro. ¶ Ad tertiam consuetudinem que allegatur ꝙ filius vel filia primogeniti representat patrem. Respondeo ꝙ dicta consuetudo nunq̃ obtinuit in contradictorio iudicio. Item nec consuetudo illa ligat superiorem alioquin sequeretur ꝙ nõ posset statuere in contrarium. Item consuetudo ex eo ligat ꝙ populus suam declarat voluntatem quia velit eam ligare. l. de quibus. ff. de legi. sed constat ꝙ consensus populi nõ ligat superiorem. ergo. ꝛc. Item ducatus britannie est alterius conditionis q̃ sint baronie. quia tenet a rege in paritate. doȝ ergo iudicari ꝛ regulari scd̃m caput et non scd̃m membra. ¶ Ex quibus omnibus sequitur ꝙ dictus comes de monteforti fuit verus dux britãnie et non dicta domina ꝛ sic ducatus ex facto suo potuit cadere in commissum: nõ obstante etiã ꝙ conditiones in tractatu apposite nõ fuerint adimplete: quia et si dictus ducatus subiacebat restitutioni hoc erat quãtum ad possessionem tantum et non q̃tum ad proprietatem Et etiam si per dictum dominuȝ Iohãnem de monteforti conditiones nõ fuerant adimplete: hoc nõ parabat sibi preiudicium quo ad proprietatem sed quo ad possessionem tantuȝ. potuit ergo ducatus per factum suum cadere in commissum. Et sic concluditur ꝙ rex francie scd̃m deum et iusticiam detinet ducatum britannie antedictum. ¶ Concluditur super hoc quo ad factum principaliter intentum si sermonibus vestris vultis fineȝ imponere ꝙ ecclesia super oĩa nec hȝ nec appetit dominiũ tp̃ale.

¶ Explicit liber prim⁹ sõnĳ viridarĳ.

¶ Incipit liber scd̃s somnĳ viridarĳ.

¶ Miles. ca. j.




Domine clerice vertamus mantellum et viceuersa partem sustineatis respondẽtis ego vero opponẽtis. in qua luce clarius ostendam excessus grauamina ꝛ vsurpatiões quos plati ꝛ alie psone ecclesiastice regni frãcie vel eoꝝ officiales ꝛ iudices pro ipis fecerũt ꝛ faciũt in piudiciũ iurisdictionis tp̃alis regis ꝛ baronũ ac alioꝝ dñorũ tp̃aliũ. Et iter ceteros excessus illũ silẽtio nõ ptermittem⁹. Et q̃ro dñe clerice quo iure roman⁹ pontifex se asserit dñm in tp̃alib⁹ q̃ꝛ i euãgelio luce. xxĳ. c. dr̃ saluator nr̃ reges gẽtiũ dñant̃ eoꝝ ꝛ q̃ ptãtẽ habẽt illi benefici vocantur. vos autem non sic. Ex quo concluditur ꝙ saluator interdicebat dominium in temporalibus suis apl'is per pñs et romano pontifici ꝛ suis successoribus. quia non maiori potestate fungitur romanus pontifex q̃ beatus petrus. Et math. v. c. dixit xp̃s apl'is principes gẽcium dñantur eoꝝ et qui maiores sũt potestatem exercent inter eos non ita erit inter vos: sed quicũq̃ voluerit inter vos maior fieri sit vester minister. Et quicunq̃ inter vos vult esse pmus sit sicut seru⁹. filius hoĩs nõ venit ministrari sȝ ministrare ꝛ dare aiaȝ in redẽptionẽ p multis. hec omnia habentur luce.

xxij.c. Et sic xp̄us non venit tempora-liter dominari. sed subici. nec temporali-ter iudicare sed iudicari: iuxta illud psal-miste et vincas cum iudicaris.

¶ Clericus. ij. cap.


Iles venerande hijs ver-bis voluit apostolos indu-cere ad humilitatē ⁊ ꝙ nō superbirent voluitq̧ ꝙ in diuersarū rerum temporali-um non faciliter susciperēt executionē immediatam voluit igitur xp̄us ꝙ apo-stoli specialiter ostenderēt alijs humili-tatem ⁊ sic essent humiliores ꝙ̄ reges ⁊ principes seculares quorum officiuȝ est dominari immediate super tempora-libus licet enim xp̄us esset rex ⁊ domi-nus omniū non tamen voluit potestatē regalem in tēporalibus immediate exer-cere: cuius rationeȝ assignat beat⁹ Am-brosius super illo Johannis. xviij. c. re-gnum meum non est de hoc mundo. di-cens bene terrena declinat qui propter celestia descendit.

¶ Miles. iij. cap.


Hristus ⁊ beat⁹ petrus sol-uerūt tributum cesaris. vt patet Math. xvij. c. vbi di-citur accesserunt q̄ didrag-ma accipiebant ad petrum ⁊ dixerunt magister vester non soluit di-dragma. Et infra sequitur Jhesus chri-stus dicit ad petrum vade ad mare et mitte hamum in eum piscem qui p̄m⁹ ascenderit: tolle ⁊ aperto eius ore inue-niens staterā illū dabis pro me ⁊ ꝓ te sic ergo xp̄us ⁊ petrus tributum soluerūt.

¶ Clericus. iiij. cap.


Cio ꝙ christus soluit tribu-tum ꝓpter suam humilitā-tem ⁊ vt neminem scanda-lizaret ⁊ ꝓpter eandem ra-tionem voluit ꝙ petrus sol-ueret. ⁊ ꝙ hec solutio non sit dominato-ria patet math: xvij. c. vbi dicitur sic q̄d tibi videtur Symon reges terre a qb⁹ tributum accipiunt vel censum a filijs suis an ab alienis. ⁊ ille dixit: ab alienis dixit illi xp̄us ergo liberi sunt filij vt nō soluant. vt non autem scandalizemus eos vade ad mare et mitte hamum in eum piscem qui primus ascenderit tolle ⁊c̄. Ecce enim dicit xp̄us. vt non scan-dalizemus. non enim tenebatur de iure soluere quod patet per glo. ibidē i qua sic dicitur domin⁹ noster secundum car-nem filius regis erat ex Dauid natus. ergo vt fili⁹ regis tributa non debebat. Soluit igitur tributū ⁊ noluit certare ꝓ regno temporali. ⁊ in hoc abstulit omnē suspitioneȝ sic ꝙ non suspicari debet ali-quis ꝙ christus principaliter quesierit regnū temporale aut terrenum. sed ma-gis spiritualia ⁊ celestia. ideo ꝺ suo p̄nci-pali regno dicebat: regnum meum non est de hoc mūdo ꝙ̄uis etiam confessus fuerit se esse regem. vnde pilato dicenti ergo rex es tu. Respondit Jhesus tu di-xisti q: rex sum ego ⁊ ad hoc veni in mū-dum. vt testimonium ꝑhibeam veritati.

¶ Item ꝓfunde intuenti ꝙ̄uis eccle-sia soluerit tributum nō infringit quin papa sit dominus in temporalibus: q: ratione ecclesie papa potest soluere ali-cui sibi subiecto aliquod tributum: eccle-sie etiam soluerunt tributum imperato-ri seu regi non in signum dominij: sed ꝓ pace ⁊ quiete q: debet ecclesiam defen-sare ⁊ ecclesiā ⁊ sibi subiectos pōt aliq̄-bus suffragijs ad iuuare.

¶ Miles. v. cap.


N decretis. x. di. vbi tracta-tur de officio summi ponti-ficis ⁊ cesaris dicitur sic ꝙ q: idem mediator dei ⁊ ho-minū Jhesus xp̄us sic acti-bus ꝓprijs a dignitatibus distinctis of-ficia potestatis vtriusq̧ discernit ꝓpria volens medicinali humilitate sursum efferri non humana superbia rursus in-feriora demergi. vt etiam imperatores pro eterna vita pontificibus indigerēt Et pontifices pro casu temporum tan-tūmodo imperialibus legibus vterent̄ quatinus spiritualis actio carnalibus distaret incursibus. et deo militans mi-

nime se negocijs secularib⁹ implicaret Et ibi videtur velle decretum q papa non est super imperatorem nec ecōtra: sed vnus alio indiget: vnde ibi dixit i glo. sup pbo discernit. Nota ergo q potestates sunt distīcte ⁊ est argumētum q imperium non habeatur a papa ⁊ q papa non habeat vtrumq gladiū Nam exercitus facit sibi imperatorē xciij. di. c. legimus. Et imperium a solo deo habetur. xxxiij. q. iij. c. quesitum.

¶ Clericus. vi. cap.

Hic est sciendum q ecclesia est vnus populus ⁊ vnum corpus misticum: ⁊ idcirco oportet esse in ea vnum caput quod omnibus alijs membris psideat. Multitudo enim pncipatuum non ad inuicem dependētiū non est bona vnus ergo debet esse princeps q psideat in tpalib⁹ ⁊ spūalib⁹. Et lȝ vtraq potestas resideat penes papā diuersimode tamen quia i spiritualib⁹ est apud ipsuȝ secundum pmariā auctoritatē ⁊ scdm immediatam executionem. ¶ Temporalis autē solum scdm pmariam auctoritatē nō scdm executionem immediatam: ne militans deo negocijs se implicet secularibus: ne tēporalia impediant spiritualia. Quāto enim spiritualis potestas est magis libera: tanto magis rebus diuinis potest eē intenta habet igit papa vtrāq potestatem. sȝ executionē tēporalis iurisdictionis tradidit pncipib⁹ secularibus. Et sic p hoc respondet ad dictū decretum: q officia sunt distincta qūtum ad imediatam executionē ⁊ sic potest dari distinctio satis rationabilis dicendo q potestates iperatoris seu regis ⁊ romani pontificis sunt distincte: qd potest intelligi dupliciter. vnomō sic q sint distincte vna ab alia ⁊ neutra reducatur ad aliā tanq in superiorē vel priorem. ⁊ sic non concedo eas esse distinctas. ¶ Aliomō possunt distincte dici qūtū ad fines ppinquos sicut finis potestatis pape est ordinare ⁊ regere spiritualia. Et finis potestatis imperatoris seu regis bene gubernare temporalia. ⁊ sic quodāmodo dicerent potestates distincte in se: nō quo ad auctoritatē pmariā: sed quo ad executionem immediatam. Ad verba glose cum dicit q imperator non habet imperium a papa: dico q illud sic est intelligēdum: q imperium institutū adeo est non pcise auctoritate humana. Et cum vlterius dicit glo. q papa non habet vtrūq gladium illud si veritatē habeat debet intelligi q dñs papa non habet executionem immediatā vtriusq gladij q̄uis scdm pmariam auctoritatem ad ipsuȝ spectet vterq gladius. Dicit eñ beatus Bernardus expresse ad Eugeniū libro quarto. tu⁹ est ergo vterq gladius spiritualis scȝ ⁊ tēporalis. vt. viij. dist. c. primo.

¶ Miles. vij. cap.



Glosa dicit. xi. q. i. c. magnū. Ego credo potestates esse distinctas licet papa quandoq vtrāq potestatem assumat sibi scȝ cū aliquē legitimat in temporalibus qui filij sunt legitimi. c. per venerabilem. Sed illud fit ad petitionē regis q hoc ipsum fecisse potuit: vt ibi dicitur. p qd innuitur q ex se hoc facere nō potuisset nisi ad petitionem regis.

¶ Clericus. viij. cap.



Concēdum est q in hoc bene facit dñs papa q executionē immediatā in tēporalibus sibi nō assumit de facili. Nisi causa satis vrgeat vel nisi rogatus existat. ne ipse q pncipaliter in ecclesia dei in spiritualib⁹ deo militat: negocijs se implicet secularib⁹.

¶ Miles. ix. cap.



Dicit glosa decreti q qūuis a iudice seculari qlibz appelletur ad papā hoc fit pter defectum iudicis secularis. vt ex pmittit extra. de foro compe. c. licet. Et vacāte imperio supplet vicem imperatoris. Ex quo con


cluditur q papa non est dominus in temporalibus: qr ad ipsum non appellatur nisi casualiter. vt est dictum.

¶ Clericus. x. cap.



Erte ista que allegat glo. bene intellecta faciunt contra conclusionem glose. Nam si propter defectum iurisdictionis appelletur a seculari iudice ad papam. Item si vacante imperio supplet papa vicem imperij euidenter concluditur q papa in temporalibus habet superiorem alias enim ad deum non appellaretur cum appellatio requirat maiorem iudicem. l. prefecti. ff. de minori. et regulariter superioris est supplere inferioris negligentiam seu defectum vel absentiam.

¶ Miles. xi. cap.



Uid plura probatur ergo lxxvi. di. c. cum ad verum. vbi dicitur cum ad verum ventum est vltra sibi nec imperator iura pontificatus nec pontifex iura imperatoris sibi vsurpat Et etiam glo. super isto verbo vsurpant dicit argumento q iste potestates sunt diuise. quia imperator non habet gladium a papa. xcvi. di. c. duo. et c. si imperator.

¶ Clericus. xij. cap.

Glosa in preallegato. c. cum ad verum videtur soluere. dicit enim q potestates sunt distincte quo ad exercitium ex quo videtur innuere q non quo ad primariam auctoritatem. sed quo ad executionem tantum.

¶ Miles. xiij. cap.

Papa accepit potestatem ab imperatore. vt patet. xcvi. di. c. constantinus vbi dicitur q imperator constantinus quarta die sui baptismi priuilegium romane ecclesie contulit et q talia accepit ab imperatore habetur in vita beati Siluestri pape.

¶ Clericus. xiiij. cap.

Dico q immediate adeo secus quod ps. xxi. di. c. nouo et ipse constantinus ex magna affectione quam habuit ad ecclesiam ei voluit quasi quandam adhibere firmitatem: quoniam quarto die sui batismatis vna cum omnibus satrapis et vniuerso senatu optimatibus etiam et cum cuncto populo in persona beati Siluestri sibi romanam concedendo vrbem relinquens ab eo et successoribus eius per pragmaticum constitutum disponendam esse. Dico ergo q papa in temporalibus non habuit primariam potestatem ab imperatore. sed imperator aliquam executionem quam habebat immediate dimisit ecclesie ex certa causa: et deuotione bona potuit enim pape et cardinalibus dimittere romanam ecclesiam vt habetur de elec. c. fundamenta. li. vi. Decet namque ipsi romano pontifici per fratres suos sacrosancte ro. eccle. cardinales qui ibi in executione officij sacerdotalis sibi coadiutores existunt libera pmittere officia. decet ipsis in nullo vacillare iudicio vt fratres ipsos nullius potestatis secularis metus exerceat nullus temporalis fauor absorbeat: nullius terror emuneat vel eos a veri consilij soliditate remoueat. Quibus consideratis executionem in temporalibus quam rome et in suis districtibus excercebat imperator a se abdicauit et ecclesie romane penitus et in perpetuum dereliquit.

¶ Miles. xv. cap.

Reterea. xcvij. di. imperator honorius deuotus et fidelis catholicus sic scribit pape. victor et inclitus triumphator semper augustus sancto ac venerabili vrbis romane pape scripta beatitudinis tue deuota reuerentie gratulatione suscepimus quibus recensitis egimus omnipotenti deo maximas gratias: q sanctimoniam tuam post longum incommodum optate didisci mus redditam et c. Nec reprehenditur imperator qr sic scripsit pape se eidem preferendo: sed potius ad eius laudem videtur recitari. igitur sequitur arguendo ab ordine quod argumentum concludit in ma re. c. mandato. de preben. libro. vi. q imperator sit superior et maior Romano pontifice.

¶ Clericus. xvi. cap.



Potest responderi secundum quod ibi dicit glo. quod forsan hic fuit mos in primitiua ecclesia qui modo non obseruatur. Constat enim quod imperatores non proponunt se romanis pontificibus quibus iurant obedientiam et a quibus coronantur. Forsan igitur in primitiua ecclesia potestas summi pontificis non erat adhuc plene manifesta et idcirco scribebatur ei aliter quam nunc dum veritas illucessit. Item et aliter si quis imperator rex vel princeps secularis ex arrogantia preposuerit se romano pontifici in epistolis aut scripturis non quod factum est: sed quod fieri debuit debet attendi. l. licet. ff. de offic. presi. Non est ergo illud trahendum in consequentiam.

¶ Miles. xvii. cap.



Ex istis videmus quod papa non intromittit se de brachio seculari nec eorum officia instituit nec eorum bona distribuit: imo si circa temporalia velimus aliquod priuilegium habere non concedetur nobis a papa nisi rex consentiat aut papa super hoc decipiatur. Et si papa vellet ab aliquo duce auferre ducatum diceretur se intromittere de eo quod ad ipsum minime spectaret.

¶ Clericus. xviii. cap.

Dico quod si papa non se intromitteret de brachio seculari bene faceret: quia exercitium immediatum spectat ad illos qui negociis secularibus possunt se implicare. Et per hoc responderi potest de priuilegiis quod bene facit papa si in his expectet consensum regis. Item cum dicitur consequenter quod si vellet deponere duces et comites diceretur se intromittere de his que ad ipsum non spectant. Dicendum est quod sibi communi lege non incumbunt quo ad executionem immediatam. vnde illi principes vel duces habentes imperatorem vel regem super se et certis causis exigentibus ipsos duces et principes deponere potest. Et dico vlterius quod esto quod non posset princeps deponere pro sue bene placito voluntatis: et sine causa rationabili: non ex hoc sequitur quin non habeat dominium super eos. Nam multi reges dominantur super multos quos tamen non possunt deponere pro suo beneplacito voluntatis. Unde ista consequentia non valet. rex dominatur tali. ergo potest deponere eum quandocunque sibi placebit. Numquid quilibet archiepiscopus suffraganeum suum omni hora deponere et mutare potest secundum sue beneplacitum voluntatis absit.

¶ Miles. xix. cap.



Sicut episcopi in suis particularibus diocesibus presunt: sic papa in vniuersali ecclesia: sed illi non sunt super omnia temporalia sue diocesis. sed subsunt multis regibus principibus temporalibus in multis obedire et ad mandatum regis tenetur obedire: et ad guerram venire prout expresse volunt canonice sanctiones. Et hoc est obseruatum a tanto tempore quod non est memoria in contrarium in regno francie. ergo nec papa in vniuersali ecclesia dominium in temporalibus habet.

¶ Clericus. xx. cap.

Hic potest dici vno modo. quod imo habent episcopi aliquod dominium in temporalibus sue diocesis vbi etiam homines temporalia possidentes sunt subiecti. Nam propter certa peccata potest episcopus homines sue diocesis priuare bonis: eos excommunicare: et priuare communione suorum et aliorum hominum causa legitima interuenientes et sic habet aliquod dominium. Sed adhuc esto quod assumptum esset verum dico quod aliud est de vicario generali: quia iste conuincitur habere superioritatem et potestatem dignissimam. Unde aliud fuit de beato petro et de aliis. Iste enim fuit princeps apostolorum et eminen-

ciorem habuit potestatem ꝙ alij. vnde xxij. di. c. sacrosancta dicit papa anacletus: inter apłos quedā fuit discretio potestatis licet omnes essent apłi. petro tñ concessuz est vt cephas id est caput eēt et principatū teneret apostolatus: qui ⁊ eandem formam suis successoribus reliquis epis tenendum tradiderūt. ⁊ nō solum hoc in nouo testamento est cōstitutū: sed etiaz in veteri testamento fuit. vnde scriptum est moyses ⁊ aaron ī sacerdotibus eius. Et post pauca sequit. hec vero apostolica sedes caput ⁊ cardo vt prefatum est a deo ⁊ non ab aliis cōstituta. Et sicut cardine hostium regit. sic huius sancte apostolice sedis auctoritate omnes ecclesie dispositione domini regunt. nec petrus eminentius presidet in vniuersali ecclesia ꝙ ceteri epi in suis particularibus diocesibus.

¶ Miles. xxi. ca.

Si verum esset ꝙ papa esset dominus in temporalibus ipse posset fundare monasteria ⁊ alia beneficia indifferenter de bonis militum burgēsiuz et aliorum quorumcunqꝫ: quod est manifeste falsum: ⁊ oēs in hoc sibi contradicerent. nec esset dicenda talis elemosina q̄ fieret de alieno. s. q. s. c. nō putāda.

¶ Clericus. xxij. c.

Sic pōt dici faciliť ꝙ pñcia efficaciter non probatur. Nā rex vel imperator est ꝙ sit dominus vel imperator in temporalibus sup pricipes alios ⁊ burgenses non tamen potest de eorū bonis pro sue disponere beneplacito voluntatis. dicerez tamē ꝙ exigente causa rationabili: papa posset fūdare ecclesiam de bonis alicuius militis vel burgensis. quia ⁊ maiora licerent pape. sm quod et priceps temporalis in casu potest bona subditoꝝ militibus assignare l. si fundus. ff. de euic. l. item. §. si verberatum in fi. ff. ad. l. acquil.

¶ Miles. xxiij. ca.

Videmus ꝙ papa emit villas ⁊ iurisdictiōes temporales: et ꝑ ꝯñs non ad eum prius ꝑspectabant: quia qđ meū est: amplius meū fieri nō potest isti. de acti. §. sic itaqꝫ.

¶ Clericus. xxiiij. ca.

Dico ꝙ papa in omnibus temporalibus sibi subiectis non habet immediatam executionem. ideo potest emere ratione vtilitatis immediate consequende. rex etiam francie potest emere multa temporalia regni sui. nūquid ipse emit cibaria ⁊ vina ⁊ villas apostolicas regni sui quorum habet dominium in temporalibus quo ad superioritatē nō tamen dominium immediatum et illud potest emere.

¶ Miles. xxv. ca.

Habere dominium in temporalibus videtur contradicere perfectioni apostoloꝝ. reliquerunt enim omnia. vñ beatus petrus nō fuit minus perfectus ꝙ alij qui omnia reliquerunt. vnde ipse dixit christo. ecce nos relinquimus oīa et secuti sumus te quid ergo erit nobis. Ex eo ꝙ tradite sunt sibi claues regni celorum habetur ꝙ ipse fuerit minus ꝑfectus. dicit eñ magister et dñs xpūs. Nisi quis renūciauerit omnibus q̄ possidet non pōt meus esse discipulus. Nūquid beatus petrus fuit specialis discipulus. clarum est ꝙ sic. quia nemo se implicans negocijs secularibus et respiciens retro aptus est regno dei. quomodo presumitis petrum esse discipulum ditissimū ⁊ esse dñm dñorum in temporalibus: ⁊ eum regem dicetis super reges: dñm sup dños: q serus est seruoꝝ.

¶ Clericus. xxvj. ca.

Potest responderi ꝙ apostolica ꝑfectio non cōsistebat in hoc ꝙ nullum dominiuz haberet. Constat eñ ꝙ xpi dominium habebāt in spiritualibus. ꝙtuz ad temporalia. dico ꝙ quicquid sit de possessione: cum vita tamē apostolica stat habere multa ī cōi tanꝙ nihil habētes ⁊ oīa possidentes. vnde qñ aliqs venit ad statū monache lem ipse renūciat oībus q̄ possidet ⁊ pmittit volūtariā pauptatē. Sed si efficiat

abbas numquid ipse presidebit monasterio et rebus temporalibus monasterij: taceo de illis de quib⁹ certum est q habent iurisdictiones temporales. Dico q beatus Petrus potuit presidere vniuersali ecclesie modo pmissoita bene vel melius q̄ vnus abbas vel vnus epus qui monasterio vel diocesi in spiritualibus et temporalibus et sic non contra dicit vite apostolice vel eorū perfectiōi. Et circa hoc possent aliqua recitari. sz trāseo causa breuitatis: nam breuis orator pciosus est regis in aula.

¶ Miles.xxvij.cap.

Ita bene fuit dictum ceteris apostolis sicut petro quoz remiseritis peccata remittuntur eis et quorum retinueritis retenta sunt et per hmōi titulum non habuerunt ipsum dominiū vniuersalis dn̄ij quare nec beat⁹ petr⁹.

¶ Clericus.xxviij.cap.



Ad hoc dico sicut dicitur.xxij.dist.c.sacrosancta licet oēs essent apostoli petr⁹ tamen fuit caput cephas et pnceps apostolorum.tu es pastor omnium pnceps apostolorum tibi tradite sunt claues regni celorū sibi igit dicitur hoc in singulari. Item dicitur sibi in singulari quicquid ligaueris sup terram erit ligatum et in celis.

¶ Miles.xxix.cap.



Si illa conclusio esset vera q ecclesia haberet dominium in temporalibus sic ecclesia solueret sibipsi decimas cum tamen iter soluētem et recipientem debeat esse differentia ar.c.si.extra.de insti. nec clerici clericis soluunt decimas.c. nouū gen⁹ de decimis.

¶ Clericus.xxx.cap.

Potest dici scdm quod in simili videmus q rex dominatur i regno suo potest tamen aliqua emere in regno suo: et re empta per eum aliud habet do minii q̄ prius haberet.sc3 appropriati⁹ et spiritualius. Sic licet papa sit dominus in temporalibus tamen aliqua res sui dominij temporalis potest sibi dari et appropriatius acquiri q̄ prius. et isto modo ecclesie seu pape possunt darī decime et habet tunc ecclesia aliquod spiritualius ius in illis q̄ prius haberet: qz prius res erat sua ratione vniuersalis dominij nunc ratione singularis tituli.

¶ Miles.xxxi.cap.

Ubi dicit imperator ego quidem mundi dn̄s sū.l.deprecatio.ff.ad.l.rodi.de iactu.et ad hoc.l.bene a zenone.C.d quadri.pscri.

¶ Clericus.xxxij.cap.

Quomodo potest dici q imperator quātum ad hoc non ēst credendū qz phibet testimoniū de seipso et i causa sua quando ipse dicit q est dn̄s mundi. vel aliter dico q illud dictum intelligit q est dn̄s q̄tum ad exercitium in temporalibus q̄tum ad subditos rex q̄tus ad suos. Sed non q̄tum ad primariaz auctoritatem: qz penes romanum pontificē est q̄tū ad pmariā auctoritatem.

¶ Miles.xxxiij.cap.



Nunquid de maio.et obe.c. solite dicit papa non intendimus negare quin imperator precellat illos dūtaxat qui ab illo temporalia receperunt sed summus pontifex i spiritualibus antecellit.clare igitur romanus pontifex concludit q rex prrogatiuam habet in temporalibus.

¶ Clericus.xxxiiij.cap.



Illud argumentum portat solutionē suā dt eīn q pcellit illos dūtaxat qui ab illo tēporalia receperunt.hoc i telligitur sic q illis qui pe minent qui sub eo officia exercent secularia. Et etiam pemineēt super pncipes seculares qui temporaliter imperatorī subiecta administrant: sed non intelligitur q si imperator vel rex det aliquid pape q ipse sit domin⁹ pape. Illud etiā

quod additur q papa in spiritualibus antecellit. Est verum q licet papa sit dominus in spiritualibus & temporalibus: directius tamen & per prius eius officium concernit spiritualia & etiam immediatam executionem in spiritualibus habet. Sed in temporalibus rex habet executionem immediatam.

Miles .xxxv.cap.

Papa non est super paganos secundu apostolicas sanxiones: sed solummodo super christianos. ergo nō est dominus temporalis omniu.

Clericus.xxxvj.cap.



Respondeo q papa aliquo modo super paganos habet dominium & in multis habet eos punire & cogere & i multis casibus: qui faciliter poni et enumerari possent. papa tamē specialiori mō presidet fidelibus q̄ paganis eiusq officium aliquomodo concernit fideles quod nō concernit infideles nec paganos.

Miles.xxxvij.cap.

Secundum beatu Bernardum libro de disputatione & pcepto qlibet fidelis est domin⁹ ipsi⁹ pape. vnde dicit q nulla miserabilior est seruitus q̄ vndiq ante & retro respicere dominos suos. vult enim q papa sit seruus seruorum dei & q quilibet seruus dei sit dominus ipsius pape. non est ergo domin⁹ aliorum qui est seru⁹ seruorum arg. l. sic euenit. ff. de adulte.

Clericus.xxxviij.cap.



Ex dictis phi primo politicorum cui concordant canonice sanxiones simul & ciuiles: seruit⁹ multis modis recipitur quidem em sunt serui scd'm naturam. Alij per beniuolētiā. Alij per denominationē extrinsecam. Alij per violentiā. Alij per indigentiā. Alij per maliciam. Serui p naturam sunt illi qui carent discretione. sic q non essent habiles ad principandum nec ad nobiles actiones exercendum: sed sunt corpore robusti vt grossas & robustas actiōes exerceāt. Et per oppositum liberi dicuntur vigentes intellectu & sicut corpus seruit naturaliter anime cum sit nobilior. c. cū infirmitas de pe. & remis. sic vigentes corpore carētes intellectu naturaliter seruiūt vigentib⁹ intellectu. Serui propter beniuolentiam sunt viri vigentes intellectu q̄ sua sponte se exponunt pp̄ter bonum virtutis ad seruiendū rei publice. Et obmissis aliis speciebus seruitutum que non faciunt ad ppositum: dico q isto modo dicitur papa seruus seruorum dei: quia sponte sua se exponit pp̄ter bonum virtutis ad seruiēdū rei publice. Et ex humilitate dictus fuit seruus seruorum dei pp̄ter administrationē: etiam qui tenetur ex officio seruis dei & sic ille cui aliquis obligatur in aliquo seruitio potest dici aliquomodo ei domin⁹. Igit serui dei dicūtur aliquomodo dn̄i ipsius pape. dicitur eorum seruus illomodo q habet illis aliquomodo ministrare & seruire. Sed stat cum hoc q eminentius dicat eorum domin⁹ & iudex ipsorum quibus ipse scz p̄sidet & quos habet i multis iudicare & ad quē habent tā q̄ ad superiorem recurrere. Maiori ergo eminentia dicitur illorum dominus q̄ ipsi dicant domini ipsius. Uidemus etiā simile q rex in multis habet seruire & ministrare populo vel subiectis suis q̄uis sit eorum dn̄s & superior. Ex quibus clare patet solutio qualiter intelligat q romanus pontifex sit seruus seruorum dei. &c.

Miles.xxxix.cap.



In sola & vera cōmissiōe regni celorum non venit nec cadit commissio regni terrenorum: cum regnum celorum & regnum terrenorum ex opposito distinguantur. Sed sic est q christus promisit beato Petro & successoribus suis in personam illius claues regni celorum & non claues regni terre

norum. Et si dicatur quod christus dicit petro quodcunque ligaueris super terram erit ligatum et in celis etc. Hoc non valet quia intelligitur quantum ad peccata non quantum ad dominium et bona temporalia. Sed negocia secularia quibus prohibuit apostolos implicari sicut ipsemet saluator exponit dicens. Jo.xx.c. accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata etc. Unde et beatus Bernardus ad Eugenium papam lib.i. dicit non in possessionibus sed in criminibus potestas vestra. propter illa siquidem et non propter has accepistis claues regni celorum. Quare sequitur quod in criminibus et non in possessionibus est eorum potestas. Non habent ergo dominium in temporalibus.

Clericus.xl.cap.



Quando arguitur quod in commissione regni celestis non committitur gubernatio regni terreni. Dico quod cui commisit dominus maius commisit et quod minus est. vnde in collatione clauium celestium interueniebat traditio terrenorum in vim necessarie consequentie modo quo dictum est superius nec oportebat aliquid exprimere de collatione regni terreni quia hoc satis subintelligebatur christus etiam directius ei commisit spiritualia: quia et quo ad auctoritatem et quo ad executionem immediatam. Et idcirco plus fecit mentionem de collatione regni celestis quam de collatione regni terreni: quia etiam spiritualia sunt digniora: et noluit eos negociis implicare secularibus seu terrenis. Tacuit quoque de regno terreno per hoc ostendens quod spiritualia sunt magis ponderanda et celestia quam terrena. Et cum dicitur vltra quod beatus Bernardus dicit in criminibus et non in possessionibus est potestas vestra iuxta illud etiam quod apostolis dictum est quorum remiseritis peccata remittuntur eis etc. hic dico quod beatus Bernardus vult quod non debent se nimium occupare circa possessiones terrenas et quod iudicare de ipsis possessionibus quo ad executionem spectat ad dominos temporales et non ad ecclesiam nisi necessitas vrgeat. Et vt dicit Bernardus non congruit clericis iudicare de terrenis non quia indigni sunt: sed quia indignum est ipsos talibus se immiscere. Audiatis etiam quid apostolus censeat dicens si enim in vobis iudicabitur hic mundus indigni estis qui de minimis iudicatis. Ex quibus patet quod non debent clerici nimis communiter et vltro talibus iudiciis rerum temporalium incumbere vt dictum est: sed executionem immediatam principibus terrenis dimittere.

Miles.xli.cap.

Vicarius christi non habuit maiorem plenitudinem potestatis quam habuit ipse christus cuius est vicarius: sed christus non habuit nec habere voluit dominium in temporalibus. Nam luce.xii.c. dicitur quod cum quidam de turba dixisset christo dic fratri meo. vt mecum diuidat hereditatem christus respondit ei. O homo quis me constituit iudicem aut diuisorem inter vos seu super vos: quasi dicat quod nullus. Et similiter vt legitur Jo.vi.c. Jhesus autem cum cognouisset quod venturi essent vt raperent et fabricarent et facerent eum regem: fugit in montem ipse solus: quod vtique non fecisset si regnum terrenum quesiuisset.

Clericus.xlii.cap.



Cum dicitur quod christus non fuit dominus nego hoc. et cum allegatur quod christus noluit diuidere inter fratres seu iudicare: et quod fugit in montem: dicendum est quod christus specialiter apostolis ostendebat signa humilitatis. Et licet esset verissimus rex noluit exercere officium regalis potestatis: nec pro illa certare voluit. quia principalius vacabat spiritualibus ostendens quod executionem immediatam in huiusmodi terrenis debebant apostoli aliis dimittere. Si enim rex et dominus non cupiebat in temporalibus vacare docebat clericos spiritualia amplecti et temporalia fugere.

Miles.xliii.cap.


Reterea Jo. viij. c. legitur q xps in iudiciu constitutus seu in iudice rndit. regnu meu non est de hoc mudo. Si ex hoc mundo esset regnu meu ministri mei decertarent vtiq: vt n traderer iudeis: sup quo dicit Crisostom. hoc dicit: qui non tenet regnu sicut hij reges terreni tenet: sed qm desup habet principatu qui non e huanus sed multo maior z clarior. Et tuc arguatur sic scdm regula iuris. Nemo plus iuris potest transferre in alium q ipse habebat: et saluator dixit. regnum suu non esse ex hoc mundo: innues se no habere principatum humanu. liquet ergo q nec in papa transferre voluit temporale. z humanum regnum siue dnium.

Clericus. xliij. Cpm.


Uamuis dixerit cora Pylato. regnu meum non est de hoc mundo: non negauit propter hoc se esse rege; ymo expresse postea cocessit. Nam cu Pylat dixisset ei: g rex es tu. rndit. tu dicis: quia rex sum ego. In hoc enim natus sum: et ad hoc veni in mundum: vt testimonium phibeam veritati: nec dicit. regnum meum non est de hoc mundo: cu regnum ei sit in celo z in terra. sed dixit regnum meu non est de hoc mundo. quia nec electioe humana: nec successione humana: seu paterna fuit rex. sed vnione beata: qauis parum aut nichil: quasi huiusmodi iurisdictionem exercuerit in temporalibus. Et dico parum quia quandoq fecit flagella de funiculis et eiecit ementes et vendentes de templo: z nummulariorum mensas euertit. vnde iudei dixerunt ei: dic nobis in qua potestate hoc facis: veruntame quia principaliter venerat nos redimere et saluare quasi omnes actus eius versabantur circa eruditionem nostram: z pauci aut nulli circa exercitiu cuiuscuiq iudicij seu iurisdictionis. non quia vtranq potestate no haberet sed vt saluti nre totalr itede-ret sic dicitur Jo. iij. c. non em misit de filium suum in mundum vt iudicet mudum. sed vt saluet mundus p ipsum. ex pleto itaq sacramento nostre salutis p mortem christi et eius resurrectionem. Xpus comisit Petro regime ecclesie tm qtu; erat necessariu: vt expediebat ad regime eiusde. Et quia vtraq ptas temporalis: et spiritualis e ad hoc necessaria. ideo vtraq potestate cotulit Petro. de spirituali nullus christianus dubitat de temporali patet. Na Petrus dampnauit iudicialiter anania saphira ppt crime furti z medacij actuu. v. c.

Miles. xlv. Cpm.

Dicitur Jo. pmo. c. cum Pylatus dixisset Xpo: nescis q potestatem habeo crucifigere te: z potestate dimittere te: rndit Jesus. No heres i me potestate nisi datu esset tibi de sup. que verba tractas Augustinus in sermone de vno martyre dicit sic quis dedit de sup potestate deus qui est deus pr et filius z spussanctus. vt ergo omnu potestestas in deu ab ipso deo accepit potestate. Augustin. z sic Pylatus habuit aliqua potestate iurisdictionis sup christu: et sic christus non habuit dnu vniuersalis iurisdictionis: q tunc Pylat no habuisset ptate sup christum.

Clericus. xlvj. Cpm

Dico q non est sic intelligendu q Pylatus sic habuit potestate in christu q fuit ei superior: cu poci xpus eius esset superior: de tn pmittebat q Pylat lic; iniuste iudicaret xp; z haberet ptate in eu. sic huius het qnq ptate occidedi iniuste dnm ppriu z naturaliter huius z qlib; ali het potestate seuiedi in se ipm qauis talis ptas sit iniusta z inordiata: vt dicit lex ciui. l. s;. z si dapnu §. s;. z si. ff. d peccul. Ite etia si aliquis nequa mo occideret epm suu aut prem suu heret aliqua ptate i cu; pmittebat q q xps se ee sub ptate illi Pylati: z deus pr hoc pmittebat. s; no ex hoc sequitur q d iure: z ordinata ptate ille Pylat cet iudex et dns dni iesu xpi. Multi

etiam dixerūt q potestas pylati quā potuit liberare christum erat a deo. vnde & potestas male faciendi est a deo cum omnis potestas sit a deo q̄uis ipm peccatū non sit a deo. ¶ Miles.xlvij.ca.

Beatus bernardus ad eugenium papam.iiij.lib.de cōsuetudine dicit sic. Nunquid tibi aliud dimisit sctūs apostolus quod habeo hoc tibi do quid illud vnum scio nō est mirum cum ipse dicat argentū & aurum non est michi. esto ergo vt alia quacunq ratione tibi vēdices sed nō apostolico iure nec enim ille dare quod non habuit potuit quod habuit dedit solicitudinem vt dixit sup ecclesijs. nunquid dominationē. Audi christum non dominantes inquit in clerum: sed forma facti gregorij et non dictū sola hūilitate putes. nūqd in veritate vox euāhelij vox dñi ē i euāgelio reges gentium dñantur eoꝝ et qui potestatem habent super eos benefici vocantur. et infert vos autem non sic. Planum est q aplīs interdicitur dominatus istum ergo cur tibi vsurpare audes aut dominās apostolatū aut aplatum dñatum plane ab vtroq phiberis: sed vtrum simul habere voles pdes vtrūq Aliodn non te cōtētū illoꝝ nūero putes de quibus cōquerit de⁹ pater sic regnauerūt & nō ex me principes extiterunt & non cognoui. Audiamus edictū. Qui maior est vestrum fiat sicut minor. forma apostolica hoc est dñatio interdicitur.

¶ Clericus.xlviij.ca.

Ad istud cum dicit bernardus q aurum non reliquit beatus petrus respōdeo vno modo sic q hoc verum forsan in proprio: sed bene reliquit aurum in cōi. Sed aliter volo dicere q si papa hoc habeat. non aplico iure hoc est intelligendum sic videlicet si cōcernimus beatum petrum qui de facto nō habebat argentum nec aurum quia ille dicebat argentum & aurum non est michi papa non habet aurū et sic nō. quatinus precise insisteret circa vestigia petri habet aurum. Unde & habēdo aurū non confirmat se vt sic illi qui aurū non habebat: sed cum hoc stat q potest aurum habere & cum vltra subiungitur q non dñetur in clero hoc non obstat quia constat q esse dominus & superior maxime in clero. vult tamen aplus & beatus bernardus q debet ostendere humilitatis exemplū q̄uis sit dñs. Unde christus dicebat: si ego dñs et magister laui pedes &c. vos inquā vocatis me magister & dominus voluit se ministratorē gerere ostendens humilitatē. Ego inqt sum in medio vestrū tāq qui ministrat.

¶ Miles.xlix.ca.

Ubi scriptum est dabit illi dñs sedem dauid patris eius &c. Et regni eius non erit finis.

¶ Clericus.l.ca.

Hoc modicum artat quia esto q regnū tēp oraledeficeret non tamē desinit esse rex. nec sequitur dedit illi regnum sempiternum ergo non dedit regnū tpale. Unī vacat hic argumentū a cōtrario sensu. quia ɔtrariū est expressū in iure. vnde ex hac affirmatiua sequit aliquis deus dedit illi aliquod bonum tēporale esto adhuc q assumptū foret verum de quo transeo pro nunc.

¶ Miles.l.j.ca.

Legitur luce.j.c. q angelus dixit beate marie d christo dabit illi dominus sedē dauid patris eius & regnabit in domo iacob ineternum. Et regni eius nō erit finis. sed planū est q regnū tēporale habebit finē. ergo non habuit dñium in tēporalibus & per consequēs nec romanus pontifex.

¶ Clericus.l.ij.ca.

Ad istud respondeo vt supra non sequitur regnabit in domo iacob ineternum ergo nō habebit temporale dñium consequentia non esset bona. nā vtrūq simul poterat possidere vnū tēporale & aliud ineternū.

¶ Miles.l.iij.ca.

Ad hebreos.ix.ca. dicitur q christus assistens pōtifex futuroꝝ bonoꝝ per amplius & perfectius tabernaculū

nō manu factū.i.non huius creationis futuroꝝ inquit bonorum pōtifex ꝛ non pn̄tiū sed spūaliū q̄ permanēt. tale aūt fuit xp̄i regnuꝫ ꝛ pontificiū quale eius tabernaculum. ¶ Tabernaculū autem xp̄i nō fuit huius creationis: vł terrenū sed spūale. quare nec eius vicariꝰ est in temporalibus dominus.

¶ Clericus.l.iiij.ca.

Dico q̄ christus fuit pontifex spiritualiū ꝛ non tēporaliū tn̄: xp̄us em̄ rex est in ecclesia triumphanti ꝛ rex fuit in ecclesia militanti scd'ꝫ q̄ pluribꝰ auctoritatibus infra latius ostendetur.

¶ Miles.lv.ca.

Dominiū vniuersalis iurisdictionis derogat ꝛ obuiat apostolice paupertati caritati ꝛ humilitati ꝛ q̄ paupertas apostolica cōsistat in voluntaria renūciatione ꝛ expoliatione regni ꝛ imperij tpalis ꝛ cuiuscunq; terreni: patet luce.xi.c.omnis ex vobis qui non renūciauerit omnibus q̄ possidet non potest meus esse discipulus. Et math.xix.c. Si vis perfectus esse vade et vēde oia que habes et da pauperibus: et veni et sequere me. vendita autē ꝛ pauperibus data non remansissent amplius in potestate ꝛ dominio vendentis. Cōstat autē q̄ christus impleuit ꝛ perfecit predictū cōsiliū paupertatis quod docuit ꝛ ꝓposuit alias ipse non fuit perfectus nec de genere perfectoruꝫ quod est nephas dicere ꝛ cōtra illud actuū.i.c. Cepit Jesus facere ꝛ docere. premissum aūt paupertatis cōsiliū includit volūtariā renūciationē ꝛ spoliationem bonorum tēporalium. ¶ Potestas autem vniuersalis regni et terreni imperij icludit vtile dn̄iuꝫ bonoꝝ tpaliū. ¶ Renūciatio autem vniuersalis dn̄ij bonoꝝ temporaliū et retentio vniuersalis dn̄ij ipsorum obuiat rōne adinuicē: ꝛ repugnat: quia retētio vniuersalis dn̄ij regni vel imperij tpalis aplice paupertati obuiare ꝛ repugnare videt. vnde btūs hylarius super psalmo.lxix.dicit sic. Egenꝰ et pauper suꝫ dn̄s adiuuat me. Nec ē regni paupertatis nec est regni opulentie paupertatis: atq; i opie ꝓfessio adiuuari: itaq; rogat in forma tn̄ obedientie vsq; ad crucis mortē factus est xp̄us hec hylarius. ex quibus concluditur q̄ xp̄s non habuit dn̄iuꝫ in tpalibꝰ nec de illis curauit.ꝛc.

¶ Clericus.lvj.ca.

Dico q̄ aliqua habere potuit in cōmuni vt supra tactū ē: omnibꝰ em̄ apl'is erāt omnia cōia. Et p hoc ad oia ista respōdet qn̄ dicitur q̄ hec obuiant paupertati aploꝝ. nā aliqua habebāt in cōi q̄uis aliquod ꝓpriū nō haberēt.

¶ Miles.lvij.ca.

Illa que apostoli summa pfectione veritatis semel reliq̄rūt dicentes: dimisimꝰ oia ꝛ sequti sumꝰ te: testante illa virtutis perfectione: amplius non sumpserūt. sed in psonis oim apostoloꝝ ex summa perfectione ipsorum potest dici ecce nos relinquimus oia et sequti sumꝰ te. q̄ verba pertractās btūs augustinus.vij.lib.de ciuitate dei dicit sic. Dixerant em̄ illi potentes scꝫ apli dimisimus oia et sequti sumus te. Hoc votum potētissime vouerant. qui autēꝫ sibi retinēt. vniuersale dn̄iū oiꝫ tpaliū nequaq; oia reliquisse vident. et de illis aplis scribit beatꝰ Hiero. ad alediam. vis esse perfecta fac qd fecerunt apli et vis tenere gladiū virtutis oia q̄ habes da filijs da ꝓpinquis. hec Hiero. Et ita apli oia tpalia relinq̄rūt pfecte ꝛ dimiserunt: nō soliū quo ad effectū voluntatis sed etiā quo ad dn̄ium ꝓprietatis. Et q̄ oia vendit ꝛ paupibus distribuit omnia reliquit ꝛ dimittit: non solum voluntatis affectu: sed etiam proprietatis dominio ꝛ potestatis affectu. Qui autem sibi reseruat vtile dominium cuiuslibet regni et tpalis imperij nullatenus potest veraciter dici omnia reliquisse perfecte ꝛ dimisisse. ꝛ ita retentio dn̄ij terreni atq; imperij derogat ꝛ obuiat apostolice paupertati. vn̄ btūs hiero. ad nepocianum scribēs dicit illud dico q̄ epi sciāt se sacerdotes esse non dominos.

¶ Clericus.lviij.

Potest dici vt supra apostoli volũtarie abdicarũt a se dñiũ in pprio nõ in cõmuni. ¶ Miles.lix.ca.

Hoc obuiat apostolice humilitati. quia xpus humilitatis sũme fũdator omnẽ altitudinẽ hu⁹ seculi cõtẽpsit z fũdit⁹ despexit. Ideo saluator.viij.c. Cupidos auaros z timidos z supbos huius seculi irridẽs ait. vulpes foueas habent: z volucres celi nidos. filit⁹ aũt hominis non habet vbi caput suũ reclinet. que verba pertractãs btũs Iiero. dicit sic. Quid me ppt diuicias z sclĩ lucra cupis sequi. cuz tante sint paupertatis vt nec hospiciolũ qđ vt eo vtar habeo. hec Hiero. ¶ Clericus.lx.ca.

Si dñs ex amore et perfectiõe virtutis paruũ hospiciolũ habere noluit: q̃tomagis ex eodem ṽtutis amore z pfectiõe amplissimũ imperiũ totius mũdi habere recusauit. si eñ dñiũ vnius domũcule impedit a culmine z celsitudine pfecte virtutis: q̃tomagis vniuersale dñium totius orbis distrahit z impedit ab apice sũmme virtutis. Et pp̄ter hec christus cũ iudei vellent eum rapere et facere regem: ex humilitate fugit in montẽ ne regnũ terrenum omi humilitate vacuũ suscipere cogeret vt prius dictum est. quod pulchre dicit beatus gregorius .j. lib. sup pastorali sic. Nolite plures magistri fieri fratres mei. hic ipe dei hoim q̃ mediator regnũ vitauit in terris qui supnorũ quoq̃ spirituũ scientiam conscendens ante secula regnat in celis. Scriptum quippe est hic qui cũ cognouisset quia venturi erant vt raperent eũ z facerent eum regem. fugit in mõtem ipse solus: qui eñ principari melius hoibus sine culpa potuisset q̃ oẽs in vnũ regit quos ipse creauerat. s; quia id circo apparuit in carne vt nõ solũ p passionẽ nos redimeret: verũ etiã per conuersionem doceret exẽplũ se sequẽtib⁹ pbẽs rex igitur fieri noluit ad crucis patibulũ spõte cõuenit oblatã gl̃iaz culminis fugit penã opprobriose mortis petiit vt mẽbra eius discerẽt fauores mũdi fugere terrores minime timere p ṽitate aduersa diligere hec gregorius. ¶ Clericus.lxj.ca.

Quam dr q hoc obuiat ap̃lice hũilitati dico q nõ. dñari eñ mõ q̃ supra scz i cõi nõ obuiat hũilitati ap̃lice. vñ z abbates z viri ecc̃iastici q̃ renũciauerũt ex voto oib⁹ trenis pñdẽt i ecc̃ia tãq̃ nihil hñtes z oia possidẽtes. Dicit quoq̃ sapiens salomõ puer.xiij.c. Est diues cũ nil hẽat. z ẽ paup cũ in multis diuicijs hñdat. aduertat quoq̃ sepe superi⁹ fuisse dictũ q papa nõ hz executionẽ i tpalib⁹ imediatã z hoc isignũ huilitatis. hee autem auctoritates supi⁹ allegate q̃ loquũt de hũilitate xp̄i nõ sũt ɔ me. xp̄s in hoc hũilitatẽ sũmã ostẽdebat nec executionẽ imediatã in sclarib⁹ officijs hẽbat s; eã fugiẽdã ṽbo et ope declarabat nolẽs p terreno dñio certare malẽs hũilitatis exẽplũ ostẽdere ap̃lis q̃uis notissimũ sit eũ fuisse regẽ i tpalibus. Pylatus eñ dixit iudeis: regẽ vestrũ crucifigã Jo.xix.c. ¶ Itẽ scripsit titulũ Jesus nazarenus rex iudeorum. grece/ebraice/z latine Jo.xix.c. nec sequit̃ si fuerit rex celestis quin fuerit sup tpalia seu ecclesia iõ diceb at regnũ suuz scz pncipale nõ eẽ de hoc mundo.

¶ Miles.lxij.ca.

Quod xp̄s nõ habuit dñiũ i tpalibus: pbatur p beatũ augustinus exponẽtẽ illđ psal. In cathedra pestilẽcie nõ sedit dixit sic. Regnũ terrenũ cũ supbia noluit. Et i ep̃la ad fr̃es mẽdicãtes scribit sic dicẽs. Nõ treno regno decorat⁹ xp̄s terrenis opib⁹ diues nec xp̄s vlla terrena felicitate refulgẽs. s; xp̄s crucifix⁹ p totũ trarorbẽ p̃dicat. Aug. li. de cathe. rudib⁹ dixit sic oia g̃ terrena cõtempsit hõ fact⁹ dñs xp̄s vt eñ ɔtẽnẽdo mõstraret z oia terrena mala susceptt que p̃cipiẽdo suscipiebat. vt nec i illis q̃reret felicitas. Natus eñ de maria que q̃uis viro intacta permãsit virgo concipiens/virgo pariens/virgo moriẽs tñ fabro despõsata erat: omnẽ q̃ tipum carnalis voluptatis extinguit

Natus est in bethleem que inter oēs ciuitates iudee ita erat exigua. vt hodie quoq3 villa appelletur. pauper etiam factus est cuius sunt omnia z per quē creata sunt omnia: nec quisq3 cum in eū crediderit de terrenis diuitijs auderet extolli noluit rex ab hominibus fieri: q2 humilitatis ostēdebat viam miseris quos ab eo superbia superauerat quā sempiternum eis regnum vniuersa terra testat hec augustin⁹. Ex quibus manifeste sequitur q xp̄us non pfuit in temporalibus imo pauperrimus extitit.

¶ Clericus. lxiij. cap.

Et prius hec omnia fecit xp̄s nobis humilitatis exēplum relinquēs. rex enim erat z in temporalibus. vñ luce. xix. c. dicitur sic ceperunt omnes turbe descendentium gaudentes laudare deum voce magna sup omnibus quas viderant virtutibus dicētes. Benedictus est qui venit rex in nomine domini pax in terra z gloria in excelsis.

¶ Miles. lxiiij. cap.

Beatus Hiero. super math. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorū. dicit sic domin⁹ dicit regnum meū nō est de hoc mundo omnis enim honor terrenus spume aq̄ glaciei comparatur. Et ita regnum z tēporale obuiat apostolice humilitati.

¶ Clericus. lxv. cap.

Non obstat dominari in cōmuni nō obuiat apostolice humilitati.

¶ Miles. lxvi. cap.

Tale regnum z imperium obuiat apostolice caritati qm̄ apostolica caritas erat principes seculi ad fidem attrahere catholicam z inducere z non eos a fide retrahere. Si autem christus z apostoli regnum z imperium totius orbis sibi vendicassent tunc christus principes seculi a fide retraxisset qui bona z regna non libenter dimittebant: imo ad fidei persecutionem occasionaliter puocassent. sicut herodes timens propter christum natum regnum perdere ad christi z innocentium persecutionem z necem pertitur. Et hoc quidē valde pulchre dicit beatus Aug. super Iohānē ptractans verba christi regnū meu3 non est de hoc mundo sic inquiens. hoc est qđ bonus magister scire nos voluit Audite ergo iudei z gentes audite circūcisio. audite preputium: audite omia regna terre. Non impediam dominatio nē vr̄a3 i hoc mūdo nolite timere metu vanissimo quo herodes ille maior q̄ cū christus natus nunciaretur expauit et tot infantes. vt ad eum mors perueniret occidit. ¶ Quid vultis amplius venite ad regnum quod nō est de hoc mū do venite credendo z nolite seruire metuendo dicit quidem in pphia sua. ego quidem constitutus sum rex ab eo sup syon montem sanctū eius: sed syon illa z mons ille non est de hoc mundo.

¶ Clericus. lxvij. cap.

Cum dicitur q habere dominiū in tēporalibus obuiat apostolice caritati: q2 hoc esset retrahere principes zc. Dico q hoc non conuincit imo sicut christus erat dominus totius orbis non tamen phibebat reges regnare z imperia sua gubernare nec eis executionem in rebus tēporalibus auferre volebat debebant ne min⁹ cōuerti ad fidem imo citius debebāt cōuerti ad fidem cōsiderantes q ille domin⁹ omniū pmittebat illos libere dominari. ¶ Dicemus ne q regibus infidelibus sit pdicandum q xp̄us non est dominus in temporalibus vt citius cōuertant ad fidem scdm̄ assertionē hui⁹ argumēti. Dicendū esset q nō ne tardius veniant ad fidem ex hoc q eis annūciaretur q aliquē haberent superiorē in tēporalibus ipsi autē superiorē recusant. ¶ Ponamus enim aliquē regem qui dominū nullum esse simpliciter secum credat aut qui reputet se deu3 secundū quod de quibusdam legitur. Nunquid illis esset predicandum q ipse non esse

deus: sed vn⁹ deus sup ipsum: clarum est q sic. per falsas enim adulationes infideles non sunt ad fidē attrahendi: nec bona intentione venirent ad fidem. qui si sciret q xps esset in temporalib⁹ super eum superior: nō conuerteretur ad fidem. stare ergo potest q aliquis esset dn̄s vtilis in temporalib⁹ et spūalibus Sed huiusmodi dn̄ij executionem non haberet sed eā dimitteret subditis. herodes ergo vano timore timuit: ne illaz executionem vellet habere christ⁹ quā tamen noluit sed principibus temporalibus dimisit. vt est in argumento satis probatum. et stante illa veritate possūt hoīes z principes ad fidem trahi esto q eis annunciaretur q haberent regem super se. ¶ Item z si non ratio facta i oppositum teneret: pari ratiōe dicerem q non esset infidelibus predicandum q illi qui veniunt de fidelitate ad baptismum deberent renunciare terrenis diuicijs z pompis. zc. Et hoc enim obuiat caritati. ¶ Primo quia hoc audientes non facile conuerterētur ad fidē. Nam audientes q oporteret relinquere: quod tn̄ est falsum: dicendū ē enim illis sicut adolescēti xps dixit: vade z vende oia q̄ habes: et da pauperibus: z veni et sequere me. facilius enim est camelum p foramē acus intrare: q̄ diuitem intrare regnum celorum.

¶ Miles. lxviij. Cpm.

QUod papa non habet dominiuz in temporalib⁹ ostēditur: duo enī non possunt esse reges siue dn̄i eiusdez rei in solidū. ar. l. vt certo. §. si duobus. ff. comō. Sed planum est q rex francie dicitur dn̄s in temporalibus regni sui. ergo impossibile ē papam esse dominū. vt beatus Hiero. scribit ad rusti. et notat glo. l. si. ff. de re. diui.

¶ Clericus. lxix. Cpm.


Ateor q duo non possūt esse domini eiusdem rei insolidum et eodem genere dominij: sz diuersis bene. vnde papa habet dominiuz in temporalibus quo ad p̄mariā auctoritatē: non quo ad executionē. Sed rex habet dn̄ium quo ad executionē imediatā. vt alias lati⁹ ē declaratū.

¶ Miles. lxx. Cpm.


Anctus Leo papa in sermone i octabis epiphanie loquēs de pricipibus iudeoz ait sic. oporteret eos cū herode carnalit sapuisse vt regnuz xpi dē huiusmodi potestatibus vt z temporalē isti saperent ducē et terrenum metuerent. zc. Ex hijs clare patet. secundum Leonem papam q ponere: z dogmatizare xpi regnū fuisse tēporale z terrenū: sapit errorē herodis et iudeorum. ppt quē errorem in christi mortem z necem inclinati sunt. q carnalis error mltos adhuc sectatores habet et deffensores. ¶ Clericus. lxxi. Cpm.

DIco q ponē et dogmatizare xpi regnum temporale et terrenum quo ad executionē actualem satis sapit errorē herodis et iudeorum: sed ponere regnū suū tēporale quo ad p̄mariam auctoritatē ē ipsa veritas z catholicū. Duplex ē enī regnū terrenū: eternū z tpale. vt superius sepe fuit declaratum.

¶ Miles. lxxij. Cpm.

BEatus Crisostom⁹ sup Mathe. in omelia. vi. dicit sic: qui aūt magi et a stella eius discunt q rex iudeorū fuit mimiruz q huiusmō fuit regni rex: quēadmodū z Pylato dixit. regnū meum nō ē de hoc mūdo. zc. Deniqz mōstrauit iste neqz miles neqz princips neqz iumētorum iugū: neqz aliqd tale habebat circa semetipsum hūilez: z inopē vitā ptransibat. hec Crisostom⁹. Ex quibus patet q nullū habuit dominiuz in tēporalibus et p ɔsequēs nec Petr⁹.

Clericus. lxxiij. Cpm.


Et p̄us verum ē quo ad executionē: sed tn̄ rex erat in tpalibus verissim⁹ in cius femore z vestimēto est scriptū rex regum z dn̄s dominantium apocalypsis. xix. c.

¶ Miles.lxxiiij.ca.


N comentario super ma-
theu dt Johannes crisosto
mus. Si igitur rege terrenu
querentes inuenissent ma-
gis ↄfundendi fuerunt: qr ta
ti itineris laborez sine causa susceperant.
nunc autem quia celestem regem quere
bant et si nichil regale videbant in eo tm
solius stelle testimonio contenti gaude
bant. ad hoc autem si quasi terrenum eu
regem quesiuissent inuenientes eu apd
eum mansissent sicut fieri solet in secu
lo vt proprio rege relicto conferant se
ad alienum hunc autem adorauerunt
et ad suum reuersi sunt vt istum habe-
rent celestem regem aiarum suarum. illuz
autem terrenum. hec Jo. crisostomus.
¶ Ex quibus infertur manifeste qd chri
stus erat rex celestis et non temporalis.

¶ Clericus.lxxv.ca.


Dhuc vt prius: vnde dicti
reges a stella ducti gra spi-
ritus sancti informati ipm
sciebant regem celestem. et
nichilominus sciebant eum
regem terrenum seu temporalem. Sed
cum herode vano timore non fuerunt
preteriti. sciebant enim qd executionem
huius regni terreni sibi non assumeret.
sed eam regibus tpalibus dimitteret. Et
sic debent itelligi vba crisostomi. Ite pz
qd messias scz christus sine originali pec-
cato est natus de semine dauid. quia in
psalmo: mias dni describit stat9 messie
quemadmodu humanitate assumeret de
dauid in sanctitate et sine pctõ: vbi dicit
exaltaui electu de plebe mea. Et inueni
dauid seruum meu oleo scto meo vnxi
eum: et exponit qd humana natura non
erat assumpta in psonam dauid regis sz
in psona filij descendentis ab eo. vnde
sequit semel iuraui in scto meo semen
eius ineternum manebit. Sed diceret
aliquis non loquitur hic propheta de-
terminate de christo nostro. Respondeo
qd hic dicitur de filio dauid qui nasceretur
sine originali peccato. quia vnctus scz
sanctus hoc specialiter exprimit de xpo
nostro. Et ibi dicitur spus sctus supue
niet in te. Et cocludit luce. j.c. qd ille fi-
lius dauid qui factus est sine originali
peccato seu culpa nasceretur ibi eni sequi
tur qd christus nasceretur et spiritu sancto
Et sequitur et dabit illi dominus deus
sedem dauid patris eius. i. qui factus e
ex semine dauid sm carnem ex virgine
Ex quibus sequit qd xps habuit regnu
temporale et sedem dauid patris eius

¶ Miles.lxxvj.ca.

Si aliquis est dns temporalis
ad ipsu spectat iudicare de he
reditatibus et possessionibus
igitur a destructione cosequetis ille qui
non habet vbiqz sed in certo loco iudi-
care de hereditatibus et possessionibus
no est vbiqz dns tpalis. qd aute papa non
habeat vbiqz de possessionibus iudica-
re: pz extra q filij sint legi.c.causam que
vbi alexander papa inducit sic nos at-
tendentes qd ad regem pertinet non ad
ecclesiam etc. Et hoc idem pbatur p de
cretalem latos eo. ti. Ex quibus pz eui
denter qd ad regem non ad romanum
potificem pertinet iudicare in tempora
libus vt hoc plene fatetur papa vbi
supra.

¶ Clericus.lxxvij.ca.


Anifestu est qd q dicit chri-
stum non habuisse omnem
iurisdictionem temporalez
et spiritualem contradicit
euangelio. Math. vlti.c.
Vbi legitur christu dixisse data est michi
omnis potestas in celo et in terra. Et
apocali. j.c. dicit princeps regum terre
Sed plene contingit qd habens pote-
statem iurisdictionis non vtitur ea in
propria persona nec decet quantum ad
omnia ymo minora debent comitti mi-
noribus. et mediocra mediocribus et
maiora supremis secundum quod con-
sultum fuit moysi Exo. xviij. c. qd con-
stitueret iudices qui minora et faciliora
iudicarent tantummodo: et difficiliora
remitterent moysi iudicanda. vnde licz
christus haberet omnimodam potesta-

tem tamen summum opus propter qd venerat erat istruere nos de fide sua et de redẽptiõe nostra p ipm faciẽda ppt qd circa ista minima scz hereditates diuidendas et cetera tpalia nolebat vacare. sed dimittebat hec minoribus exequẽda scz regibus tpalibus. Et ideo parui pendebat dictũ illius qui petebat hereditatẽ diuidi inter se et fratrem suũ luce xij. qz ad mi norẽ poterat recurrere per hoc plana est resp̃sio ad iura prius allegata. qz romanus põtifex ad instar christi dimittit hec exequẽda per dños tpales minora minoribus cõmittendo.

¶ Miles.lxxviij.ca.

Uasallus nõ recognoscens se feudum tenere a dño ipso iure feudũ ipsum amittit hoc eñ est notatum et p leges probatum vt titulo de feudis et p Inno.iij. qui filij sunt legi.c.p venerabilez vbi loquitur de rege francie ergo si papa esset eius verus dominus tẽporalis iam ab illo tẽpore regno suo fuisset priuatus contrariũz videmus ergo papa saltem in rege frãcie tẽporalem non habet iurisdicionem.

¶ Clericus.lxxix.ca.

Hec recognitio et iura humana q̃ allegantur locum sibi vendicant et obseruãt inter inferiores pricipes tẽporales qui executionem realem habent et appetũt in tpalib9 nec ligãt deũ vel ipsius vicarius in terris.ar.l.digna vox. C.de.legi.l.principes.ff.e.ti.xps ergo vel ipsius vicari9 de ista recognitiõe verbali quã faciũt dñi temporales suis superioribus non multum curat. sz potius considerat recognitionem realez. quia temporibus retro actis reges frãcie fecerũt ecclesie romane recognitionẽ fuerunt eñ reges veri et singulares pugilles et protectores ac etiã defẽsores ecclesie romane: et p dei gratiã sic erũt vsqz in finẽ seculi rebus ipsis ergo ipso facto bene recognoscunt q̃ recognitio realis q̃tum ad deuz maior reputatur.

¶ Miles.lxxx.ca.

Et dominus feudi debet inuestiri quicũqz tenet feudum ab aliquo et ratione feudi dz dño aliquã reuerentiam. Sic patet et notatur extra de feudis.c.exparte. Sed infiniti sunt reges et dñi temporales qui nec in psonis suis nec in personis predecessorũ vnq̃ in regnis suis receperũt inuestiturã a papa nec de terris suis sibi fecerũt aliquã reuerentiam seu redeuẽtiã temporalem. licet exhibuerint ei sicut spirituali patri reuerentiã sicut rex frãncie Castelle et aliqui alij. ergo saltem quãtũ ad illos et illorum regna non est dñs tẽporalis.

¶ Clericus.lxxxi.ca.

Respondeo ad argumentũ immediate factũ christus enim fuit verus rex oĩm etiam in temporalibus dictuz est enim per prophetã. Dicite filie syon. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus sedẽs super asinã Unde magi stella duce recognouerunt eum in regem et reuerenciã sibi fecerunt offerẽtes eidẽ aurum thus et mirrham. Sed hanc recognitionẽ verbalem vel redeuentiam ab alijs regibus non exegit quia ob aliã causam venerat scz propter nostrã salutem vt superius sepius est deductum. et ne videret honores tẽporales querere fugit cum populus vellet eũ facere regem propter duo. primo quia cum ille rex esset ex se noluit istum regnuz habere ab hominib9. Scdo vt daret exemplum fugiendi honores mundi quãdo conferuntur intuitu cõmodi tẽporalis. turbe eñ voluerunt xpm facere regem quoniã pauerat eos quinqz panibus et duobus piscibus. Sic et papa hmõi de causis hanc recognitionem vel redeuẽtiam non debet appetere a principibus secularib9: quia omnis xpianorũ actio sua debet esse instructio maxime et cũ in signũ vniuersalis dñij xps sibi reseruauerit decimas.c.tua d decimis. Et p hoc satis recognoscunt eũ in dñm et superiorem etiã in tpalibus quia de suis tẽporalib9 hanc recognitionẽ faciunt decimalem.

¶ Miles.lxxxij.ca.



Omina debent esse consonãtia reb⁹ de pben. c. cũ scd̃m apostolũ ꝛ isti. ð leg. caninatol. s; papa nõ noiat ab iperio tẽporali. sed a spirituali dignitate papa eniʒ dicitur quasi pater patrũ. nec cognominatur a tẽporali dominio: sed ab humili seruitute vocat eñ pa pa se seruum seruorum dei: scd̃m istitutionem beatissimi patris Gregorij. ergo realiter in papa non est dominiũ temporale super omnes.

❡ Clericus. lxxxiiij. cap.



N habentibus situm i vniuerso. imperfectum ordinatur in magis perfectum. vt pbatur primo politicorum ꝛ. vij. metaphisice. vnde tẽporalia vt minus perfecta ordinãt in spiritualia tanq̃ magis perfecta. c. cuʒ infirmitas de pe. ꝛ remis. ꝛ incõposito semper actus debet denominari a potẽtiori seu nobiliori. l. queritur hermofroditum. ff. de sta. ho. Nam magis dignũ trahit ad se minus dignũ. c. quod induſbijs. de conse. eccle. vel alta. papa igit qui est dominus in temporalibus et in spiritualibus debet potius denominari ab iperio spirituali tãq̃ a digniori q̃ ab iperio temporali tãq̃ minus digno nec desinit ppter hoc nomen esse cõsonans rei in ipso: ꝛ ex humilitate vocat se seruum seruorum dei. vt supra fuit alias tactum.

❡ Miles lxxxiiij. cap.



Dicitur apocap. ij. c. Nemo militãs deo se implicat negocijs secularibus. sed nemo i ecclesia dei magis debet militare deo q̃ papa. ergo minus implicare se debet negocijs secularibus. sed iurisdictio temporalis ꝛ pcipue omniũ est summe implicatiua in negocijs secularibus. ergo papa non habet super omnes iurisdictionem temporalem.

❡ Clericus. lxxxv. cap.



Ico q̃ papa non habet iurisdictionẽ in temporalibus negocijs quãtum ad executionem q: hoc esset se implicare negocijs secularibus. sed bene habet iurisdictionem in temporalibus q̃tum ad imperij potestatem ꝛ dominationẽ: que potestas demãdari debet executioni ad imperiuʒ ipsius per principes seculares ꝛ hec solutio iuuatur per auctoritatem beati bernardi lib. iiij. de consideratione ad eugenium papam. c. iij. qui dicit quare tu denuo vsurpare gladium temptas quem semel visus es reponere in vaginã quẽ tamen qui tuum negat non satis videt attendere verbum domini dicentis. sic conuerter gladium tuum in vaginam: tuus ergo est ꝛ si nõ tua manu euaginãdus. Alioquin ꝛ si nullo modo ad te ptineret dicentib⁹ apostolis ecce gladij duo hic non respondisset dominus satis est. sed nimis est vtrusq; igitur ecclesie est spiritualis scilicet gladius ꝛ materialis hec Benardus.

❡ Miles. lxxxvi. cap.

Ominiũ ꝛ ministerium ex opposito se habent ita q̃ nec domino debet imponi ministerium nec minister sibi debet vsurpare dominium. Sed ex ordinatione christi qui maior est in ecclesia non debet vsurpare vel sibi vendicare temporale dominiũ. quod autem maior in ecclesia debeat exercere temporaliter humile ministerium pbatur p euãgelium luce. xxij. c. vbi cum esset contẽtio inter discipulos de maioritate dixit dominus sic qui maior est in vobis fiat sicut minor ꝛ qui pcessor est sit ministrator. ꝛ paucis interpositis. ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat.

❡ Clericus. lxxxvij. cap.



Oncedo q̃ dominiũ ꝛ ministerium ex opposito se habent recipiendo pprie dominium ꝛ ministeriũ. ꝛ put minister tum est necessariuʒ respectu dominij. scd̃m quod verus seruus respectu domini. sic pcedit argu=

mẽtum: sed quandoq3 in ꝓprie recipit ministerium sc̃dm quod est quando aliquis voluntarium assumit ministerium sibi paris vel inferioris. quod fit aliquã do gratia humilitatis: & cum quis insequitur consilium christi in illa auctoritate prius allegata qui maior est in vobis fiat sicut minor &c. Et si isto modo papa fiat minister nõ ꝓpterea desinit esse dñs vniuersalis in temporalibus: q2 sic ꝓpter suam humilitatem & ꝓpter actũ meritorium in se reportaret dampnum quod foret satis absurdum. & contra. c. sane extra. de renun.

¶ Miles. lxxxviii. cap.

Ad dominum temporalem pertinet iudicare de feudis vbi est dominus tẽporalis. s3 ad papã nõ ꝑtinet vbiq3 iudicare de feudis: q2 in regno francie: non habet hoc locum. ergo papa non est vbiq3 dñs temporalis. maior ꝓbatur extra de foro cõpe. c. ex trãsmissa. vbi Innocen. papa tertius fecit causam feudi terminari: ꝓbatio minoris habetur extra. de iudi. c. nouit vbi Innocẽ. papa terti9 dicit sic. non enim intendimus iudicare de feudo cuius ad ipsum regem francie spectat iudicium.

¶ Clericus. lxxxix. cap.

BEne contingit quandoq3 q hñs potestatẽ iurisdictionis non semper vtitur ea: nec decenter quãtũ ad omnia ymo minora sunt cõmittenda minorib9 Vnde apl̃i dixerunt actuũ vi. c. non est equũ nos relinquere verbum dei et ministrare mensis: & ꝓpter hoc christus licet haberet omnimodã potestatem: tamen summũ opus ad quod venerat fuit nos instruere in fide & redemptione nostra per ipsum facienda. Propter hoc igitur noluit se de istis temporalibus intromittere: sed hoc dimisit inferioribus seu minoribus & per consequẽs nec ipse vicarius eius debet se intromittere sic loquuntur iura in contrarium allegata.

¶ Miles. xc. cap.



Hoc cõfirmatur per decretalem Innocẽ. iij. licet de foro compe. vbi Innocẽ. tertius dicit sic sc3 quãdo a laicis versellen. littera super rebus ꝑcipue que forum seculare contingunt a sede apostolica contingeret impetrari sublato appellationis obstaculo decernas irritas & inanes. Ex quo euidenter concluditur q papa non intendit se de tẽporalibus intromittere.

¶ Clericus. xci. cap.

VT prius planu3 est q papa est dominus quo ad auctoritatem: sed non quo ad executionem ꝓpter rationes sepe dictas ne se negocijs implicet secularibus. Et sic pluribus intent9 minor est ad singula sensus. Et ne ꝓmiscue rerũ turbarentur officia. l. consulta diualia. C. de testa. sic enim minus posset vacare circa spiritualia intentus circa negotia secularia.

¶ Miles. xcij. cap.



Ad illum qui est superior omniũ dñs in tẽporalibus appellari potest & debet de iure cõmuni cum appellaf a iudice ciuili seu seculari non potest appellari ad papã. ergo papa nõ est dñs temporalis omniũ maior plana est. Et potest ꝓbari per ea q̃ habentur in. c. dilecti de appella. ꝓbat minor per decretalem duob9 de appellatio. papa Innocen. quartus dicit sic quod queris si a ciuili iudice ante iudicium vel post ad nostrã audientiã fuerit appellatum: an hm̃oi appellatio teneat: tenet quidẽ in hijs qui sunt nostre tẽporali iurisdictiõi subiecti q sic. in alijs vero et si de cõsuetudine teneat secundum iuris rigorem credimus nõ tenere.

¶ Clericus. xciij. cap.

IVre cõmuni canonico & ciuili gradualis debet esse appellatio. l. imperatores. ff. de appella. c. dilecti. extra eo. ti. Saluo qđ in spiritualib9 quia ma

tus in his versatur periculum omnis oppressus obmisso medio appellat ad sedem apostolicam.c.ad Romanā.ij.q.vi.ad ppositum non negat papa in illa decretali duob⁹ quin ad vltimū ab vltimo recognoscente superiorem in terris possit ad eum appellari. Sed videt dicere ꝙ obmisso medio: scꝫ dn̄o temporali non dꝫ ad ipsum appellari ꝗuis illud de facto non obseruetur vel aliter soluit si appellationes a dominis tēporalibus emissas reciperet: sic assumeret executionem in temporalibus qđ noluit episcopus vt sepe dictum est. ergo nec ipsi⁹ vicarius debet hoc appetere.

¶ Miles.xciiij.cap.

PLus dominationis non habet papa ratione qua papa: ꝗꝫ habuerit petr⁹ postꝗꝫ super ipsum fundata est ecclesia ꝛ a christo sibi tradite sunt claues regni celorum. ꝙ autem non habuerit temporale dominiū patet p illud qđ habetur actuū.iij.c. vbi dicitur illi claudo ex vtero matris sue qui intendebat in petrum ꝛ iohannem sperans se accepturum argentum ꝛ auri non est michi quod autem habeo hoc tibi do. Cōstat ꝙ nichil temporale sibi dedit igitur nullum dominium habebat i temporalib⁹.

¶ Clericus.xcv.cap.

PEtrus non habebat aurum nec argentū in pprio: sed bene in cōmuni. vnde ꝛ christus habebat loculos a fidelibus oblata conseruans: ꝛ suorū necessitatibus aliisqꝫ indigentibus tribuebat. vt habetur.xij.q.j.c.habebat. ꝛ patet per id quod in eius persona psalmista dicit qui manducat meum panem leuabit calcaneum suum contra me. Et recitatur Johannis.xiij.c. quod autem vnum habuit saltem in cena: illa in qua eucharistie istituit sacramētū pꝫ de quo habetur Math.xvij. ꝛ Luce.xxij.c. ergo ille qui dicit christum ihesum nostrū nō habuisse dominiū aliquod temporaliū: scripturis predictis veteris ꝛ noui testamenti contra dicit expresse.

¶ Miles.xcvi.cap.



IUdicare est act⁹ pertinēs ad iurisdictionem. Unde qui non habet aliquē iudicare: non videtur cū aliquā iurisdictionē habere. Ex quo sic arguitur. nihil a christo cōmissū est pape super mundum: nisi illud pꝑter quod venit in mundū: nō vt iudicet mūdum qđ pertinet ad iurisdictionē tēporalem. Sed vt saluetur mundus p ipm quod pertinet ad iurisdictionē spiritualem sicut habetur in euangelio Jo.iij.c. vbi dicitur sic. Non enim misit deus filium suum in mundum. vt iudicet mundum: sed vt saluetur mundus per ipm. ergo a christo non est pape super mundum ꝗtum ad iurisdictionē temporalē dominium cōmissum.

¶ Clericus.xcvij.cap.



SCio ꝙ deus venit in mūdum pncipaliter vt saluet mundum. illud fuit summū opus ad qđ venerat. Sed cū obstat quod mūdum iudicare poterat: ꝗuis paucos iudicauerit eiecit enim vendentes ꝛ ementes de templo ꝛ mensas nūmulariorū subuertit. vt narrat Innocen. quartus in.c.ij de foro cpe. postꝗꝫ deus creauit celum ꝛ terram mundū per se ipsum in spiritualibus ꝛ tēporalibus scđm quod factorem suam gubernabat ꝛ hominibus penitētiam imposuit Gen.iij.c. scꝫ ade ꝛ vxori sue. vt ibi pꝫ sic et cayn puniuit ꝛ Lameth Gen.iiij.c. Et sic vsqꝫ ad Noe rexit mundum per se. a tempore noe cepit deus regere creaturas suas per ministros suos. quorū Primus fuit noe qui fuit rector populi ꝛ gubernator arche Gen.vi.ꝛ vij.c. Et ꝗuis nō legat ꝙ noe sacerdos fuerit: officiū tamē sacerdotis exercuit. Edificauit eīm noe altare dn̄o Gen.viij.c. In hac aūt vicaria successerunt. Noe patriar-

che iudices reges et sacerdotes qui pro tempore fuerunt scilicet in regnum populi iudeorum et sic iudicium tuum regida et ipse Jhesus christus vicarium suum constituit petrum et successores suos dicens pasce oues meas non dixit has vel illas nec de pastura spirituali vel temporali: generaliter ergo debet intelligi de quacunque pastura que requiritur ad esse corporis humani. Et sic non potest dici quin officium iudicandi in temporalibus sibi videatur commisisse. necesse est enim in casibus ad romanum pontificem etiam in temporalibus recurrere. vt pote quia de facto minores iudices non possunt sententias suas exequi. vel quia domini temporales negligunt vel nolunt iusticiam exercere. c. peruenit. qui filii sunt legitimi: et multis aliis casibus notatis per Innocen. c. licet superius allegato.

¶ Miles. xcviii. cap.



Unde illud debet sibi vendicare vicarius quod plane et plene ad se non pertinere voluit et expressit eius dominus cuius vices gerit sicut habetur Math. x. c. non est discipulus supra magistrum nec seruus supra dominum sufficit discipulo. vt sit sicut magister: si saluator magister et dominus voluit et expressit se non habere regnum quod est mundanum et temporale sicut apparet in euangelio Jo. xviii. c. Regnum meum non est de hoc mundo etc. Ergo nec quicunque papa vendicare sibi deberet ex christi vicaria quod habeat temporale regnum nec per consequens quod habeat super omnes temporale dominium.

¶ Clericus. xcix. cap.

Hec ratio super alia forma superius fuit tacta et soluta. vnde non dicit regnum meum non est in hoc mundo: sed cum regnum christi sit in celo et in terra hysaias enim deo prophetauit hysa. xxxiii. c. sic dicens. Dominus iudex noster dominus legifer dominus rex noster ipse veniet et saluabit nos. Sed dixit christus regnum meum non est de hoc mundo: quia non electione humana nec successione mundana fuit rex. In vicarium suum ergo transtulit regnum temporale quod prius habebat sed non executionem.

¶ Miles. C. cap.

Post hoc potest probari ex ordinatione populi israelitici ordinauit enim populum israeliticum vt regeretur.

¶ Primo per duces et sacerdotes. vnde Moyses qui primo rexit populum suum fuit dux. populi enim et non aliis dixit dominus exod. xxxii. c. vade et duc populum istum quo locutus sum tibi. Aaron vero frater eius fuit sacerdos primus. Unde dictum fuit moysi exo. xxviii. c. applica ad te Aaron fratrem tuum cum filiis de medio filiorum israel vt sacerdotio fungatur mihi. Moyses igitur dux fuit exemplum populo israel et Aaron sacerdos. quamuis etiam ipse Moyses sacerdos fuisse legatur secundum illud psal. Moyses et Aron in sacerdotibus eius et. xxii. di. c. sacrosancta. et Hieronymus super leuitico. si quis vult sacerdos esse non tam vocabulo pro merito imitetur Moysen et Aaron. Igitur sacerdotii vterque habuit iurisdictionem spiritualem Sed sacerdotium magis proprie residebat penes Aaron qui hostias offerebat domino quod non faciebat moyses. Unde glo. super illo verbo moyses et Aaron in sacerdotibus moyses sacerdos quia si non hostias vota tamen populi obtulit et populo supplicauit. Quod autem iurisdictio specialis temporaliter fuit in moyse hoc apparet ex nomine officii dux enim secundum Ysidorum est officium seculare.

¶ Item hoc apparet ex hiis que successerunt moysi in ducatu populi. successit Josue demum iudices post ea reges de quibus certum est quod exercuerunt iurisdictionem temporalem.

¶ Item hoc patet ex commissione a domino facta ipsi moysi. Dominus enim sibi commisit diuisionem hereditatum et possessionum inter filios israel. Diuisio autem hereditatum et possessionum

pertinet ad dñiū tēpoꝛale. pꝛimū patet scʒ ꝙ dñs commisit moysi diuisionem hereditatū ⁊ possessionū. dicitur eñ numeri. xxxvi. c. ꝙ accesserūt pꝛīcipes familiares galaad locutiq̄ʒ sūt moysi corā pꝛincipib⁹ atq̄ʒ dixerūt: tibi dño nostro pcepit dñs vt terrā forte diuideres israel ⁊ filiabus saphaat fratris nostri dares possessionē debitā. scdʒ videlicʒ qd diuisio hereditatū ⁊ possessionū ptineat ad iurisdictionē tēpoꝛalē patet p Aug. sup Johannē. Jure humano habetur hec villa mea est: hic seruus meus ē. iura autē humana. iura imperatoꝛū sunt: quia ipa iura humana per imperatores ⁊ reges seculi deus distribuit hūano generi. sequitur. apostolus voluit seruiri regibus: voluit honorari reges: ⁊ dixit reges reuertimini. noli igit̄ dicere qd michi. ⁊ regi ⁊ possessiões p iura regū possideātur ⁊ habeant̄. viij. di. c. quo iure. Ex quibus patet ꝙ diuisio hereditatum et possessionū ptinet ad iurisdictionē tempoꝛalē cuiusmodi est iurisdictio imperatoꝛum et regum. patet ergo ꝙ moyses habuit sup populū dei iurisdictionē tēpoꝛalē. Nunq̄ʒ autē legitur ꝙ moyses vel aaron de ducatu seu iurisdictione ptinēte ad moysem se intromiserit ymo vocabat moysen dñm suū vnde. Exo. xxij. c. quando moyses reuers⁹ ē de mōte in quo locut⁹ fuerat cū dño turbatus de vitulo conflatili quē fecerat populus dixit ei aaron non indignetur dñs me⁹: tu enim nosti populū istū quia pnus sit ad malū. cū autē iurisdictio sūmi regni in scriptura sacra intelligatur p virgaʒ iuxta illud. ps. reges eos i virga ferrea hoc est inflexibili iusticia. scdm glosaʒ. iurisdictio ista duplex est designata in duplici virga de qua legitur in veteri testamento. Legitur enim Exodi. iiij. c. ꝙ moyses in manu tenuit virgam cuʒ dicitur ibi reuersus est moyses in egiptuʒ poꝛtās virgam dei in manu sua. Itē legitur numeri. xvij. c. ꝙ moyses inuenit germinasse virgaʒ percussa ē terra egipti coꝛpoꝛibus. vñ ipsa designat iurisdictionem tempoꝛalem: scda solū reposita est in tabernaculū testimonij. sicut legitur numeri. xvij. c. et in archa testamēti sicut habetur. ppt qd ad Hebꝛe. ix. c. ⁊ sup illo verbo ⁊ virga aaron q̄ floruit. Dicit glo. potestas sacerdotalis. Ex hijs pcludit̄ ꝙ sacerdos q̄cunq̄ʒ iurisdictionē hñs in spūalib⁹ sicut aaron: nunq̄ʒ sup illuʒ qui iurisdictionē habet tēpoꝛalē sicut moyses dʒ sibi vēdicare dñium vel aliquam iuridictionē.

¶ Clericus. C. j. Cpm

Dico ꝙ ex oꝛdinatiōe ppli israelitici ⁊ ex hijs q̄ in isto argumento tacta sunt satʒ habeo ppositū. Moyses eñ sacerdos fuisse legitur vt in psalmo. Moyses et Aaron in sacerdotib⁹ eius. Et Hiero. supꝛa leuiti. Si quis vult sacerdos esse non taʒ vocabulo q̄ʒ merito imitetur Moysē. Sʒ quod dicitur in psona Moysi qui sacerdos erat cōcurrit vtraq̄ʒ auctoꝛitas seu potestas in spiritualibus scʒ ⁊ tempoꝛalibus. Et pꝛimo ꝙ potestatem habuit spiritualem. pꝛobatur in pluribus locis legis veteris in quibus legitur ꝙ ipse sacrificia domino obtulit: ⁊ Aaron et filios ei⁹ consecrauit in sacerdotes. qd autem fuerit dux ⁊ princeps populi habens plenitudinem totius iurisdictiōis in populo dei q̄tum ad tempoꝛalia pʒ i veteri lege. Exo. Leuitico. Numero. ⁊ Deuteronomio. in quibus legitur nullum iudicasse populuʒ nisi Moysē vel substitutū per eum videlicet septuaginta viri de quibus legitur numeri. iij. c. Et alij de quibus legitur. Exo. xviij. c. Et sic patet ꝙ officium sacerdotis nō exclusit Moysen ab officio iudicis in tempoꝛalibus: sed pocius reddidit euʒ magis ydoneū tāq̄ʒ mḡꝛ familiarē deo: cuius ē oē iudicium. Item Samuel simul fuit sacerdos ⁊ princeps populi in tempoꝛalibus. sicut apparet ex pꝛimo. libꝛo regum. tempoꝛe machabeoꝝ reductū ē regnū ad sacerdotes: ⁊ idē fuerūt

pontifices et reges seu duces populi habentes regimen tam in spiritualibus quam in temporalibus: sicut legitur. j. et ij. machabeorum. de Mathathia et filijs eius videlicet iuda machabeo. Jonatha Symone et Johanne filio symonis: qui in omnibus tam in temporalibus quam in spiritualibus tribuerunt opera dei fuit igitur dux populi Moyses in temporalibus: quia officium ducis est officium temporale. vt est in argumento probatum. Et nichilominus fuit rector populi in spiritualibus secundum quod pluribus auctoritatibus et exemplis supra fuit demonstratum. Ex quibus potest quilibet ad formam argumenti faciliter respondere.

¶ Miles. Cij. cap.

Prius fuit iurisdictio temporalis quam spiritualis: secundum enim quod corporis creatur seu formatur quam caput secundum naturam. Sic prius fuit iurisdictio temporalis in regibus quam fuerit iurisdictio spiritualis in sacerdotibus: sicut patet per beatum Augustinum. in libro de ciuitate dei. xviij. c. vbi refert de antiquissimis regnorum initijs: sicut ergo in corpore humano sunt due partes principales distincta et diuersa officia habentes scilicet caput et cor ita quod vna de officio alterius se non intromittit: sic in orbe sunt due iurisdictiones distincte spiritualis: scilicet et temporalis habentes officia distincta Unde sicut non est aliquis dominus temporalis qui se debeat reputare patrem et dominum in spiritualibus ita non est aliquis dominus vel pater spiritualis qui se debeat reputare dominum in temporalibus. Item sicut videmus in corpore humano quod carentia capitis seu cordis esset causa dissolutionis et mortis: sic cessatio alterius istarum iurisdictionum esset causa distinctionis totius esse per vniuersum mundum proprietas autem capitis attribuitur habenti iurisdictionem spiritualem quia sicut in capite vigent sensus quibus cetera membra reguntur et a capite diriguntur nerui quibus ipsorum membrorum compagines constituuntur secundumque quod dicit ysidorus in libro quarto ethimologiarum. c. ij. sic in papa qui omnibus preesse noscitur spiritualiter vigere debet discretio et sapientia qua christi fideles qui sunt membra ecclesie dirigantur ad opera salutis. Unde et ad ipsum tanquam ad caput spectat omnibus fidelibus dare sensum discretionis per gratiosam eruditionem et sanam doctrinam sicut illud gregorij in registro. Et probatur. xliij. dist. c. sit rector. verum autem ab isto capite deriuati sunt scilicet diuersi gradus et ordines ecclesiastici quibus secundum eorum diuersa et distincta officia membra ecclesie sua vero capiti scilicet christo et sibi inuicem quasi in quibusdam connexis compaginibus colligantur. vt in vnitate fidei faciant vnum corpus. Cordis autem cordis proprietas attribuatur propter illi qui iurisdictionem temporalem exercet: probatur: dicit enim ysidorus quod cor est tocius corporis fundamentum et aristoteles in. lib. de animalibus. xij. c. dicit quod in corde est principium venarum deferentium ad multa membra sanguinem sine quo non est vita Item dicit hoc. xvi. c. quod in generatione corporis animalis primo creatur cor etiam antequam caput. Dominus autem temporalis sicut rex in regno imperator in imperio recte dicitur fundamentum propter soliditatem et firmitatem iusticie que in ipso esse debet: sine qua res publica non potest esse stabilis sicut nec edificium sine fundamento. Et in signum huius videlicet quod dominus in temporalibus sit quasi fundamentum reipublice: legimus et refert ysido. libro. ix. c. iij. quod reges apud grecos ob hanc causam basires quia tanquam bases populum sustinebant. Item domini temporales fundatores dicuntur ecclesiarum. quod non dicitur de prelatis ecclesiarum: nisi inquantum habent aliquod dominium temporale: ab isto corde: scilicet seculari principe procedunt tanquam a principio vene. i. leges statuta et consuetudines legitime per quas defertur ad partes singulas tocius corporis hoc est communitatibus reipublice substantia temporalis et

sicut in humano corpore sine sanguine nõ est vita: sic nec sine substantia tẽporali posset subsistere vita. j.q.ij.c. si quis obiecerit.

¶ Clericus. ciij. cap.

Quando arguitur q prius fuit iurisdictio temporalis q̃ spiritualis hoc põt negari: qr ab initio seculi deus rexit per se mundum in spiritualibus & temporalibus deinde cõmisit regimẽ Noe & aliis patriarchis i spiritualibus & tẽporalibus moysi etiam & aliis vt statim fuit tactum. Respondeo ad illud argumentum immediate etiã concesso q prior fuit tempore iurisdictio temporalis q̃ spiritualis non tamẽ sequitur quin iurisdictio tẽporalis subsit spirituali argumentum enim ab ordine non semper concludit in iure. l. nec enim. ff. de soluti notat. in. c. sit rector xliij. di. in fi. Clarum est enim q ab initio creauit deus celum & terram volatilia celi & peccora terre omnia tamen propter hominem. vt patet Geñ. j. c. l. i pecudum. ff. de vsur. & vltimo creauit hominem. Et nihilominus homo vltimo creatus nobilior est & preest etiam creatis ante ipsum sic iurisdictio spiritualis p̃est temporali etiam concesso q temporalis p̃cesserit: & sic nõ obstat qđ arguitur de corde q̃uis ille simile sit pulchrũ & mulceat aures audiẽtiũ. Et q̃uis spiritualia non possint esse sine temporalibus secundum q caput sine corde. nõ ex hoc sequit̃ q iurisdictio tẽporalis dignior sit q̃ ecclesiastic⁹ p̃cipat⁹ vel spiritualis: qr sic sequeret̃ q qr faber sine malleo & incude nõ põt fabricare q illa instrumẽta sint nobiliora fabro qđ manifeste est falsum. Sic i p̃posito p̃nceps secularis est tanq̃ instrumentum spiritualium & ordinatur in spiritualia tanq̃ in finem.

¶ Miles. ciiij. cap.

Quod diuisio huius tẽporalis substantie pertineat ad reges & principes exercentes iusticiã patet per beatum Hieronimũ super hieremiã. et est. xxiij. q. v. c. regum vbi dicitur q regum est p̃prium facere iudicium & iusticiam & liberare de manu calumniantiũ vi oppressos. hoc idem probatur per beatum Augustinum. xxiij. q. vij. c. quicunq̃.

¶ Clericus. cv. cap.


Volo q ad ipsos spectet facere iudicium & iusticiam quo ad executionẽ non autem quo ad auctoritatem primariam: vt alias & sepe fuit tactum: sicut dominorum de parlamento regis francie est facere iudicium & iusticiam etiam & in eisdem casibus in quibus spectet facere iudicium & iusticiam. Sic suo modo per hoc quod dicitur regum est proprium facere iudicium et iusticiam non excluditur romanus pontifex cum iste potestates sint sub ordine: q̃uis ex ordinatione & exemplo christi cum executionem p̃ncipibus temporalibus dimiserit. c. lator. & c. causamq̃ qui filij sint legi. & c. nouit. de iudi.

¶ Miles. cvi. cap.

Item & q ecclesia nõ sit domina in temporalibus patet. Nam aaron aliquando volẽte domino vsus est virga moysi: id est iurisdictione temporali: sicut in afflictione egiptiorum per plagas multiplices tamen de expressa auctoritate moysi. sic etiã qui nunc vocatus est ad iurisdictionem spiritualem sicut aaron bene vsum habet alicuius iurisdictionis temporalis: sicut papa & prelati alij alicubi: sed non nisi q̃tum datum est sibi vel permissum vel ab illis qui habent temporalium potestatem videlicet ab imperatoribus regibus & aliis principibus. de quibus q potestatem habeant in temporalibus & sic per ecclesiam probatur. xxiij. q. v. c. p̃nceps vbi dicit sic sepe per regimen terrenum celeste perficit vt qui intra ecclesiam positi contra fidem & disciplinam agunt rigore principum terreantur. qr

disciplinam quã ecclesia vult exerce-
re non preualet ceruicibus superborum
potestas principalis imponat et vt ve-
niorem mereatur virtutem potestatis i̇-
partiatur. Cognoscant principes secu-
li deo se rationem reddituros esse pro-
pter ecclesiam quã a christo tuendam
recipiunt. Nam siue augeatur pax et dis-
ciplina ecclesie per principes fideles si-
ue soluatur: ille ab eis rationem exiget
qui eorum potestati suam ecclesiam tra-
didit. huc vsq₃ verba ysidori. Ex quib⁹
sequitur ꝙ ecclesia ꝗ̄tum ad tempora-
lia potestati regum et principum est tra-
dita et subiecta. nec vacat a misterio ꝙ
cum ab illo propheta qui fuit de sacer-
dotibus qui erant in anathoth videlicet
Hieremia quid videret ipse se non vir-
gas sed virgam vigilantem: id est iuris-
dictionem spiritualem debet respicere
in qua multum est necessarium esse vigi-
lem et solicitum secundum illud aposto-
li ad corinth. xi. c.

¶ Clericus. cvij. cap.


Stud argumentum suppo
nit quo ad primam partem
ꝙ moyses exercebat iurisdi
ctionem secularem sic ꝙ nõ
spiritualem: et aaron simili-
ter solam spiritualem sic ꝙ non tempo-
ralem: quod tamen quo ad primum est
falsum. Nam moyses vtramq₃ iurisdi-
ctionẽ exercebat et tamen sacerdos erat
secundum quod superius est probatum
aaron habebat iurisdictionem i tempo-
ralibus tantum: nec repugnat ꝙ duo si
mul iurisdictionem habeant in spiritua
libus: vt pote per preuentionem vt est
videre aliquãdo in episcopo et archidia
cono. nec poterat aaron de iurisdictio-
ne temporali commissa a domino moysi
se intromittere: nimirum: quia iurisdictio
ecclesiastica et ẽt secularis cõfunditur nisi
vnicuiq₃ iurisdictio sua illesa reseruetur
c. peruenit. xi. q. i. modo soli moysi tunc a
domino erat in tẽporalibus cõmissa: et
ita aaron nisi ex spẽali commissione non
debebat se intromittere. Nec obstat quod
vlterius dicitur in verbis ysidori ꝙ eccle-
siam a christo tuendam susceperunt prin
cipes temporales. Fateor hoc ꝙ a chri
sto omnis potestas est mediate vel ime
diate. Unde principes seculares hanc
potestatem receperũt a dño mediate ta
men sc₃ mediante papa. Hoc patet in
imperatore qui approbatur a romano
pontifice. c. venerabilem. de elect. in re-
ge francie qui consecratur ab ecclesia
et sic de aliis principibus terrarum qui
iurisdictionem et administrationem reci
piunt ab ecclesia: vno vel alio modo ta
cito vel expresso. Nec obstat quod de
Hieremia dicitur seu arguitur qui vidit
virgam vigilantem et non virgas: quia
principes ecclesiastici quo ad exercitiũ
debent esse intenti circa iurisdictionem
spiritualem tantum: et non circa tempo
ralem ꝗ̄uis et temporalem habeant iu-
risdictionem quo ad primariam aucto-
ritatem.

¶ Miles. cviij. cap.


Unc recurremus ad tẽpus
regiminis populi israeliti-
ci. Certũ est enim ꝙ illic re
ges in tẽporalib⁹ presidebãt
sacerdotes et prophete spiri
tualia regebant: et nunq₃ in illo tempo-
re fuit sacerdos vel prophã qui tanq₃ do
minũ habẽs preceperit aliquid regib⁹.
licet bene legatur annunciasse regib⁹ pce
pta domini: sicut legitur de saule si re-
ges sint veri domini pcipiebant domi-
nis et prophis et sacerdotib⁹: et ne dicatur
ꝙ hoc fecerunt mali reges non exercen
tes iurisdictionem: sed sequentes in ty-
rannidem: ostendi potest de tribus me-
lioribus qui vnq₃ regnauerunt super
populum videlicet de dauid Ezechia
et Iosia. ¶ De dauid enim legitur ꝙ
precepit Sadoch sacerdoti: et Nathã
prophete. iii. regum. i. c. tollite vobis-
cum seruum dei vestri vocans se domi-
num eorum et imponite salomonem
filium meũ super mulam meã: et ducite
in Gyon et vngat eũ sibi Sadoch sacer
dos et Nathã in regẽ. De ezechia vero

legitur regum.xix.c. q ezechias ingressus est domum dñi et misit Eliachim prepositum domus sue. et sequitur dicitque eis ysaias: hec dicito domino nostro. nolite timere de rege. etiam Josia legitur iiij. regum.xxij.c. Cum audisset rex verba libri legis domini scidit vestimenta sua et precepit ezechie sacerdoti et achor filio nucha et saphan scribe et achie seruo regis dicens: ite et consulite dominum. Ecce isti tres reges super omnes qui unquam rexerunt populum domini meliores imperando precipiendo mittendo: se ostendunt sicut et vere erant post deum dominos temporales super quos nec prophete nec sacerdotes unquam acceptauerunt aliquid quod esset in diminutionem temporalis: sequitur q papa pater spiritualis omnium christianorum non est dominus omnium temporalium.

¶ Clericus.cix.ca.

Quamuis de his tribus regibus legatur q preceperit sacerdotibus: nō tamen infertur quin papa habeat superioritatem in temporalibus: quia nullus ipsorum sacerdotum nec talem nec tantam habebat potestatem [illegible] talem et quantam habet romanus pontifex hodiernis temporibus. Item predicti reges precipiebant dictis sacerdotibus ratione executionis quam in temporalibus exercebant Et isto respectu vocabant se dicti reges dominos sacerdotum: nec poterant dicti reges melius ea que dicta sunt committere quam verbis imperatiui modi. Si enim rex francie seu quilibet alius vellet aliquid sacerdoti committere diceret ite accipite vel facite nec propter ea debet inferri q aliquam per hoc haberet superioritatem. ¶ Miles.cx.ca.



Preterea q imperator siue rex nō cognoscens superiorem in terris sit dominus in temporalibus probatur C. de prescrip. quadri. l. bene a zenone. ff. ad. l. rod. de iact. l. deprecatio. ibi ego quidem mundi dominus sum. xx. q. vij. c. conuenior et ibi notatur: populus enim in principem transtulit omnem potestatem istis. de iure. na. gen. et ciuili. §. sed quod principi. ff. de orig. iur. l. ij. §. deinde cum esset. iure enim humana regum sunt: nec alio iure possideri possunt. Nam si dicas quid michi et regi? Audi augustinum dicentem: nichil ergo tibi et possessori. viij. di. c. quo iure superius allegato. ¶ Clericus.cxi.ca.

Si imperator legem faciendo dicat se dominum mundi vt in. l. rescriptio sibi non est credendum quia domesticum est testimonium et nullus in causa sua est ydoneus testis vel aliter dominus est quo ad executionem seu administrationem secundum quod veri ecclesiastici quandoque domini vocantur ratione administrationis: et tamen alibi procuratores vocantur. c. ij. de dona. sicut et bubulci dicunt animalia sua ratione custodie nota⁹ accur. ff. de abig. l. j. et sic faciliter potest responderi ad omnia iura superius allegata.

¶ Miles cxij.ca.



Clerici sunt subiecti regi et nō romano pontifici probatur. Nam vnusquisque nascitur subditus regi et ad vtilitatem reipublice: primum notorium est: quia ante natiuitatem caracter ordinis clericalis non confertur secundum q nec baptismum. ar. con. que notantur. v. q. iiij. c. ad eius vero. secundum partem videlicet scilicet q reipublice nascitur. l. j. ff. solu. matri. quis ergo potuit eum in preiudicium regis et reipublice a iurisdictione eximere regia: non papa vt videtur: multominus quiuis episcopus. Nam si in potestate pape et episcoporum esset: reges sic priuare omnibus subditis suis: omnes ordinando litteratos et illiteratos. quia collatio facta illiterato etiam puero vnius diei facta teneret quamuis fieri nō deberet de eta et quali. or. c. penult. li. vj. cum ibi notatis. Et tamen hoc foret absurdum. igitur omnes clerici sunt quo ad iurisdictionem subiecti regi: quia laici nati sunt.

¶ Clericus.cxiij.ca.

Ideo⁊ clerici per assumptionem celestis milicie corp⁹ et animā dei seruicio dedicarunt: et in sortem christi transtulerunt.xij.q.i.c.imperator. Dici etiam posset q̄ princeps hoc priuilegiū eis concessit: et a sua iurisdictione exemit in autentica.vt clerici apud proprios epōs.§.si vero colla.vi. de sanctis. episcopie.§.si quis.cōtra clericum q̄ leges sunt p ecclesiam recepte ⁊ approbate.di.x.c.si.in adiutorium et notauit Inno.de maio.⁊ obe.c.si quis. ⁊ cum omnes cause etiam laycorū ab initio tractarentur: etiam coram sacerdotibus Deuterono.xviij.c.⁊.c.per venerabilem. qui filij sunt legiti.non videtur fieri iniuria: si res redeat ad suū primeuum statum sc3 q̄ clerici corā iudicibus ecclesiasticis solum cōueniātur ar. ff.de pactis.l.si vnus.§.pactum.c.ab exordio.xxxv.di. Et ex hijs concludit q̄ nulla fit iniuria regi vel rei publice si clerici corā suis epis solum conueniāt. Item ⁊ aliter ad illud absurdum respōdetur: q̄ raro cōtigeret ille casus q̄ omnes layci fierent clerici, et ideo illum casum non debet considerare legislator l.nam ad ea cū.l. sequen.ff.de leg.

¶ Miles.cxiiij.ca.

Unde q̄d notat Inno.de foro cōpe.c.postulasti.q̄ cōstitutio regis ligat possessiones clericorum ar.viij.di. c.q̄ cōtra minores: ratione enī temporalium clerici regibus sunt subiecti.xi. q.i.§.hijs ita.xxiij.q.iij.§.si mūdū de malo.et obe.c.solite.C.de epis.⁊ cle.l.de hijs. Et si ecclesia aliquid teneat i feudū a dn̄o tēporali: cogit respondere.extra de iudic.c.ceterū extra.d̄ iudic.c.extrāsmissa.§.verū. ¶ Clericus.cxv.ca.

Illud quod notat Inno.habet locum quo ad onera realia que directe recipiunt rem vt.ff.de mune ⁊ hono.l. munerum.§.patrimoniorum.xi.q.i.c. tributum. Unde quia domini temporales habent executionem in temporalibus ecclesie: et clerici soluunt onera realia.ais nisi soluerent realia onera impedirent ⁊ turbarent potestatem iurisdictionis temporalis quo ad executionē q̄d noluit christus. dicens reddite que sunt cesaris cesari: ⁊ que sunt dei deo. Mathei.xij.c.

¶ M.C.xvj.C⁰m.

Eus duas iurisdictiones distinxit ar.de conse.di.iij. c.celebritatem. Nā3 in eadem ciuitate duo sunt populi.scilicet: clericorum et laycorum.xij.q.i.c.duo.⁊ due vite: carnalis scilicet ⁊ spiritualis. de renun. c. nisi cum pridem.§.penulti.duo genera militum sc3 ecclesie et seculi.l.di.c.clericum qui paganū.pontificalis et regalis potestas.xcvj.di.c.duo.⁊ sic due iurisdictiones: diuina sc3 ⁊ humana.maxima enim in omnibus sunt dona dei superna collata.sacerdotium diuinis ministrans: imperium humanis p̄sidens ab vno eodem⁊ principio. In auctentica.quomodo oportet epi.⁊ cle.in principio colla.prima.duo enim sunt gladij spiritualis scilicet ⁊ materialis.x.q.vi. c.auctoritate ⁊ nō dixit saluator alterū fore super fluum.sed dixit satis est. Luce.xij.c.per hoc duas iurisdictiones denotans esse necessarias: et ne vni presidens alterā vsurparet. Petrū volentē vti materiali gladio vt suum magistrum a iudeorum iniurijs deffensaret reprehendit dicens: conuerte gladium tuū in locum suum.⁊ vsurpanti iurisdictionem alterius penam extitit cōminat⁹ cum addidit. omnis qui gladium accipit sc3 ad alterius iurisdictionem spectantē: gladio peribit.

¶ C.Cxvij.C⁰m.

Onceditur q̄ due sunt iurisdictiones: et distincte quo ad executionem. Nā executio iurisdictiōis spiritualis est penes ecclesiā: tēporalis penes reges et principes seculares. s3 nō quo ad p̄mariā auctoritatē vt dictū est superius.

¶ M.Cxviij.C⁰m.


Ladiū spiritualē habet ecclesia.xxxiii.q.ii.c.inter hec. Rex vero habz materialē gladiū. vñ de dño dixit apostol⁹.ad ro.xiii.c.qm̄ nō sine causa gladiū portat: & ratione hui⁹ gladii oīs aia ei iubetur eē subiecta.i.pe.ii.c.de censi.c.oīs aia & omnis q̄ preter eius auctoritatē gladiuz acceperit gladio peribit.xxxiii.q.vii.c.imperii. Nam cū ad verum ventum ē.nec imperator iura pontificis accipit: nec pontifex iura imperatoris vsurpet. qm̄ idē mediator dei et hominum homo christus Iesus actibus propriis officia potestatis discernit vtraq̄. vt christiani imperatores p eterna vita pontificibus egeāt & pontifices pro cursu temporalium rex tantūmodo imperialibus legibus vtantur.xcvi.di c.cum ad ecclesiam.ne promiscuis actibus rerū turbentur officia. C.de testa.l.consulta.indecorē est enim si vnum mēbruz alterius mēbri fungat officio.lxxxix.di.c.p̄mo.

C. L.xix. Cp̄m.


Icet duo sint gladii et distincti vnus in spūalibus & alius in tēporalibus vt in iuribus allegatis: hoc intelligēdū est quo ad executionē. vñ scdm̄ qd rex non habet executionē gladii spūalis: sic nec papa gladii materialis. sed tamē cuz hoc stat q vn⁹ gladius subordinatur alteri tēporalis: videlicz spūali: quia tēporalia sunt creata propt̄ spiritualia.i.q.iii.c.si quis obiecerit. finis igitur nobilior est q̄z ordinata in finē: et ordinata in finem subsunt fini tanq̄ potentiori & predominanti.

C M. L.xx. Cp̄m.

Iudex secularis de re spirituali iudicare non potest de iudiciis.c. decreuimus. sic nec econtra iudex ecclesiasticus de temporalibus se intromittere non potest vt cōtrariorū sit eadem disciplina.fm. philosophuz.&.ff.de his qui sunt sui vel alienī iuris.l.i.§.videmus.

L. L.xxi. Cp̄m.

Non ē par eadēq̄ ratio iudicis secularis et ecclesiastici. secularis ē omnino incapax iurisdictionis ecclesiastice vel spiritualis.c.decreuimus allegato: vnde nec spiritualia possidere pōt c.causam.de prescript. sed ecclesiastic⁹ iudex est bene capax iurisdictionis tēpalis: nam ab initio cause etiam temporalis iurisdictionis oēs tractabātur corā sacerdotibus vt.c.per venerabilez quī filii sunt legi. Nec iste due iurisdictione contrariantur ymo adinuicem se compatiuntur in eodem subiecto fm quod infra latius deducitur.

C Miles.cxxii.ca.

Ntētio imperatoris seu regis fūdatur seu est fundata de iure cōi in tēporalibus: faciunt notata p Inno. de offi.archi.c.ii.& quod no.archi.xxiii q.ii.§.quis. Si ergo ecclesia dicat se p̄uilegio vel prescriptione munitam i tēporalibus quo ad vniuersale dominium hoc debet ostēdere priuileg.c.cū p̄ponit lib.vi.c.i.de prebē.eo.lib. Et ideo si de hoc ressuscitaret questio inter romanū pontificem et regem: sapiēter rex faciet si non cōstituat se actorem sed reum.vt notauit Inno.de verbo.signi.ex parte & sic actor forū rei seq̄tur.de foro cōpe. c.si clericus.

C Clericus.cxxiii.ca.

Ntentio regis vel imperatoris est de iure cōmuni fundata in illis q̄ sibi subsunt.& sub esse possunt. secus in illis qui iure cōmuni nō subsunt vt sūt clerici.c.si diligenti de foro compe. Et ideo tales non tenentur ire coram rege etiam vocati ad declinandum foruz: cū notorium sit q clericus non potest coram iudice seculari conueniri.xi.q.i.c. nullus episcop⁹.xv.q.iii.c.ii.ibi archi. Et licet sit intentio regis fundata quo ad executionē in temporalibus non tamen quo ad primariam auctoritatē secunduz quod iam fuit latius declaratū

C Miles.cxxiiii.ca.

Tem q rex sit dominus i tēporalibus patēt quia causa appellatio

nis oium superiorem semper requirit. l. prefecti.ff.de minoribus: sed ab episcopo appellatur ad regez in temporalib⁹ de appella.c.romana.§.de rebus.li.vj. ergo ipse est superior in temporalibus.

¶ Clericus.cxxv.

Superior est quoad ꝗd scȝ quo ad executionem et iusticiā faciendam quod est propriū regum.xxiij.q.v.c.regum. Sed nō est simpliciter domin⁹: ratione igitur executionis in temporalibus quam habet rex in temporalibus epūs appellat ad eum in temporalibus que tenet epūs nomine ecclesie vt faciat iusticiam et exequatur. in hoc enim rex est minister dei et ecclesie. mirum ergo si ecclesia requirat ministrum suum vt sibi ministret.

¶ Miles.cxxvj.ca.

Hoc colligitur ex humili responsiōe christi: legitur in luca.xij.c.ꝙ quidem venit ad Jesum et dixit ei. magister dic fratri meo vt mecū diuidat hereditatem: at ille dixit ei. O homo quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos ostendens per hoc ꝙ ad ipsum non spectabat iudiciū vel iurisdictio de diuisione hereditatis vnde ambrosius super illo verbo dicit sic. bene terrena declinat ꝗ propter diuina descēderat: nec iudex dignatur cē litium nec arbiter facultatum. Ex quibus potest argui sic. Nō est discipulus super magistrum: nec seruus super dominum: et sufficit id est sufficere debet discipulo vt sit sicut magister ei⁹ math. x.c. sic ergo maioritatem iudicandi in temporalibus sicut de diuisione hereditatis noluit in hoc mūdo habere christus vnde constituit iudic aut diuisorem super vos sciens quod velle iudicare vel iurisdictionem habere procedit ex radice auaricie: statim dixit ad apostolos videte et cauete ab omni auaricia quia non in abundantia cuiusꝗ vita ei⁹ est ex his que possidet.

¶ Clericus.cxxvij.



Summum opus ꝓpter qd venerat erat instruere nos de fide ꝓpter quod dictuȝ est illi ꝗ petebat diuidi hereditatem inter se et fratrem suum quia ad minores poterat iudices recurrere.

¶ Miles.cxxviij.ca.

Item ꝙ sola potestas regalis sufficiat quo ad bonā policiam hūanam in temporalibus: probatur. Nam potestas iurisdictionis temporalis ad hoc ordinatur vt homines arceantur a malo et inducant ad bonū: vnde petri ij.c. dicitur de potestate iurisdictionis temporalis quod est ad vindictam malorum laudem vero bonorum.iiij.di.c. facte sunt leges. Et ad romanos.xiij.c. dicitur vis non timere potestatem: bonum fac et habebis laudem ex ea. Nam principes non sunt timēdi ratione boni opis sed mali. sed sic est quod bona ad que facienda debēt induci et mala a quibus homines debent arceri possunt ptinere ad presentem vitam et bonuȝ regimen ciuile et politicum etiam circumscripta vlteriori vita quam omnes fideles expectamus: sufficit igitur quo ad tēporalia regimen principis secularis.

Clericus.cxxix.ca.

Dico ꝙ si bona ad que homines debent induci et mala a quib⁹ homines debent arceri pertinerent solum ad presentem vitam et ciuilem et politicam sufficeret ad regimē populi potestas iurisdictiōis secularis. nec alia est necessaria. Cuius ratio est quia per virtutes morales et acquisitas et maxime per prudentiam que debet esse in rectore: potest sufficienter vita presens moralis regi: et politica sic precise accepta. sed hec possunt et debent inesse principi seculari habēti potestatē regēdi populū ꝗtū ad p̄sentē vitā ciuilē et politicā. Et sic nulla ptās esset necessaria politica et ciuilis vita sic accepta

sed quia vita fidelium et christianorum non tendit solum ad bona et mala presentis vite. imo principaliter tendit ad bona future vite. Et ad ea acquirenda ordinantur omnia bona vite presentis secundum illud Math. vi.c. primum querite regnum dei et iusticiam eius. Et summe horrenda est illa pena que post mortem anime et corpori infligitur iuxta illud Math. x.c. Timete illum qui potest animam et corpus mittere in gehennam. Et idem habetur luce. xii.c. et xi q. iii.c. nolite de pe. di. c. dum sanctam: ubi sic est regnum dei. Ideo inter fideles et christianos ne exorbitent a fine in quem intendunt: et si erraverint in via reducantur ad eam: necessaria est aliqua virtus seu potestas ad quam pertineat eos ad finem predictum dirigere et dementes corrigere et ad rectam viam reducere. Et quia ad hoc non sufficit potestas secularis que de se nihil novit de penis et premiis vite future: nec de meritis vel demeritis que ad eas perducunt. Ideo preter eas inter christianos necessaria est alia potestas que communi nomine vocatur potestas spiritualis: que habet executionem in spiritualibus: secularis autem in temporalibus.

¶ Miles. cxxx. cap.

Quod impossibile sit quod romanus pontifex sit superior in temporalibus et spiritualibus: probatur. quia due species opposite et distincte eiusdem generis: non se compatiuntur in eodem subiecto: sicut homo et asinus: albedo et nigredo. Sed hee due potestates sive iurisdictiones sunt due species eiusdem generis: ergo non se compaciuntur in eadem persona. ad hoc facit. ff. pro socio. l. si alia circa principium: ibi cum dicit neque enim eidem et pro suo et clam possidere potest. et quod ibi notatur ad idem facit quod legitur et notatur. xii. q. ii. c. cum humilitatis Igitur iste due potestates non possunt concurrere in persona romani pontificis.

¶ Clericus. cxxxi. cap.

Quando dicitur quod due species eiusdem generis non compatiuntur se etc. dicendum est quod ista ratio deficit in se: et facientes eam contradicunt sibiipsis: deficit in se quia maior non erit universaliter vera: sed solum in illis in quibus ex speciali ratione invenitur repugnantia essendi verbi gratia in omnibus his naturaliter per se subsistentibus est repugnandum essendi in eodem subiecto: quia quelibet ex natura sua nata est constituere proprium substantivum suppositum. ut homo asinus. Item in oppositis est repugnantia ex natura oppositionis his autem exclusis species eiusdem generis plurime possunt esse simul in eodem subiecto. ut patet in virtutibus tam moralibus quam intellectualibus. potest enim homo habere omnes virtutes morales temperantiam fortitudinem iusticiam et sic de aliis imo qui habet unam perfecte habet omnes. ut patet. vi. ethi. Cum igitur potestas regiminis tam spiritualis quam temporalis innitatur vel debeat inniti virtuti: maxime prudentie et iusticie que debent esse in rectore patet quod iste due potestates decenter possunt in romano pontifice sine aliqua repugnantia concurrere.

¶ Miles. cxxxii. cap.

Ante fuit imperium quam appostolatus et quilibet imperator coronam recipiat a papa gladium tamen ab altari. xcvi. di. c. legimus.

¶ Clericus. cxxxiii. cap.

Posito pro vero quod prius fuerit imperium quam apostolatus seu papatus tamen non sequitur quin imperium seu regnum quodlibet subsit potestati ecclesiastice: quia quodlibet regnum et imperium ordinatur in spiritualia et propter spiritualia. ut est superius latius deductum

¶ Miles. cxxxiiii. cap.

Christus dixit in evangelio Math. xxii. c. reddite que sunt cesaris cesari et que sunt dei deo per hoc innuens divisionem iurisdictionum: quod temporalia debebant dimitti iudicibus secularibus et spiritualia iudicibus ecclesiasticis.

¶ Clericus.cxxxv.ca.

SEcundum veritatẽ euangelij iītentio christi in illo loco non fuit facere distinctionem iurisdictionum sed respõdere questioni temptatiue iudeorum qui cum putarent se esse solos de populo dei alijs existentibus paganis et ydolatris: non credebãt aliqui eorum quod tenerentur soluere censum cesari pagano imperatori: sed immunes esse a censib9 et tributis cultus dei veri. Et ideo herodiani qui erãt de gente imperatoris venerunt proponentes hanc questionẽ. lz censum dare cesari an non. vt si diceret non accusarent eum apud cesarem seu imperatorem. si diceret sic accusarent eum apud principes sacerdotum tanquam dicentem contra libertatem cultus dei Jhesus autem sciens nequiciam eorũ ostenso sibi nũmismate cẽsus insculpta ymagine cesaris respondit eis dicens: reddite que sunt cesaris cesari: et q̃ sũt dei deo. i. reddite cesari censum sibi debitum. et deo cultum in oblationibus et sacrificijs scdm ritũ legis. Loquebatur igitur de redditione debitorum et non de diuisione iurisdictionis. sed dato quod loqueretur de diuisione iurisdictionum cum hoc stat quod iurisdictio dei que est sũma et ad omnia se extendit et ab ipsa iurisdictio secularium principum depẽdet. Nõ est eni potestas nisi a deo. Ad romanos. xiij. c. ¶ Igitur iurisdictio prelatorum quam in terris exercent vice dei est summa inter omnes et ad omnes se extendit et ab ipsa omnis illa iurisdictio dependet.

¶ Miles.cxxxvi.ca.

POtestas spiritualis idiget tẽporali multotiens. xxiij. q. v. c. administratores. c. i. de offi. or. c. nec licuit. xvij. dist. ergo spiritualis non dominatur temporali: ymo tanquam suum in omnibus necessitatibus posset temporalem iurisdictionem recipere.

¶ Clericus.cxxxvij.ca

FAteor quod spiritualis indiget temporali et tanquam suũ recipit et suffragium inuocat brachij secularis vt in iuribus allegatis: nec est bona consequẽtia indiget temporali. ergo non dominatur ei. quod ego indigeo tẽporalib9 q̃ possideo: et tamen cum hoc stat quod dominium habeo in illis.

¶ Miles.cxxxviij.ca.

SI potestas spiritualis dominaretur tẽporali haberet dominium temporalium sed dominium earumdem rerum non potest simul et semel esse insolidum et in eodẽ tempore apud plures. ff. cõmodati. l. si certo. §. si duobus vehiculum: ergo nullus alius habet dñium quod est falsum.

¶ Clericus.cxxxix.ca.

DUo insolidum eodem genere dominij non possunt eandem rem possidere insolidum sz diuerso genere dñij scdm quod inferius latius declarabo.

¶ Miles.cxl.ca.

DIxit domin9 Math. x. c. nolite possidere aurum. et luce. x. Nolite portare sacculum. et luce. ix. c. nichil tuleritis. Et math. vi. c. precepit dñs ne quis tolleret in via.

¶ Clericus.cxli.ca.

ISte auctoritates allegate intelliguntur pro illo tempore quo christus incepit publice predicare contemptum mundi et ad penitentiam homines inuitare. Et apostolos qui fuerunt prima et principaliora membra corporis mistici catholice ecclesie ad statum perfectionis vocare. sicut habetur Math. x. c. quod vocauit petrum et andream fratrem eius: et iohãnẽ fratrem eius: quibus dixit. venite post me et faciam vos fieri piscatores hominum. et intelliguntur pro illo tempore quo christus eos cõstituit apostolos mittens eos ad predicandum formã perfectionis dans: dicens nolite possidere aurum etc. Non autem intelliguntur pro illo tempore quo fuerunt apostoli prelati ecclesie militantis instituti et cura animarũ eis cõmissa. nam hmõi prelatio et cura nõ fuit.

eis tradita ante mortem christi: sȝ post mortem et resurrectionem. vt habet expresse. l. di. c. considerandum. in textu et in glo. in verbo proposuit. Et extra de elect. c. significasti. Et notatur. xxi. dist. c. in nouo in glo. ordinaria. tunc enim non negatur habere aurum. ⁊ eodem modo hoc licitū ē viris et plātis ecclesiasticis.

¶ Miles. cxlij.



Prelati nō sunt domini. sȝ pcuratore et dispēsatores vt de dona. c. ij. xx. q. j. c. si primatuȝ. quomodo prelatus aliquis q̄rit dominiuȝ super res nō ecclesiasticas videlicet sup regna ⁊ terras regum et principum: plꝰ enim super res ecclesiasticas habēt ꝙ habeant sup seculares: ⁊ tamen non sunt dñi ecclesiasticarꝫ vt est probatum. ergo multominus rerum seculariū: vnde dicebat augustinus ⁊ ponitur. xxiij. q. viij. c. quod autem loquens de rebus ecclesie. non illa nostra: sed pauperum quorū procurationem gerimus nō proprietatem nobis vsurpatione dampnabili vēdicamus. Et ideȝ dicitur. iij. q. j. c. si. xj. q. ij. c. sine exceptiōe. ⁊ prosper. li. de vita contēplatiua sic dicit. sciētes viri sācti nichil aliud esse omnes res ecclesie: nisi vota fidelium ⁊ precia pctōꝝ ⁊ patrimonia pauperum. non eas vendicauerunt in vsus suos vt pprias: sȝ vt cōmendatas pauperibus erogauerunt.

¶ Clericus. cxliij. ca.

regiam: cuius forma fuit q per vnum administraretur res publica: de origine iuris. l. ii. §. nouissime. Rex autem francie ab i[n]fidelibus regnum in virtute potentie sue occupauit. quis ergo dubitabit. an iste vel ille possit alienare partē regni sui vel ressortum. Item esto q imperator seu rex non haberet dominium sed administrationem solum: id possent saltem in ecclesiam alienare: quia ab ecclesia receperunt instructionem fidei: ergo potuerunt solenne munus concedere ei dē. ff. de administra. tu. l. plurimum. §. in primis. C. d sacro sanct. eccle. l. iubem⁹ sed ꝗ[uo]rum ad veritatem procedunt ista argumenta in gubernatione rerum et dñio earum transferendo: quod potest imperator seu rex frācie. sed fortius est dubium de abdicatione iurisdictionis seu ressorti: quā vel quod nō videtur q imperator vel etiam rex francie possit a se abdicare: sicut dicitur in tutore qui licet administrationē habeat: non tamen a se abdicat tutelam: licet actorem constituat et etiā per iura pro cōtraria parte allegata. Quis tamen expresse rex nequeat ressortū a se penitus abdicare: nō tamen sequitur quin ressortū sit prescriptibile: q multa potest prescriptio que nō potest pactum. vt. ff. de serui. vrba. predi. l. proprium. et est ratio q pacto. l. ang[us]ti iure priuati existēte ius publicū tuelli non potest: vt. ff. de pactis. l. ius publicū. Prescriptio vero de bono publico introducta est. ff. de vsu. l. i. et ideo per eam facilius aliud ius publicum tolli potest. ar. isti. c. legi. agna. tut. §. vlti. pretera prescriptio habet quicquid habet pactum. et tacitus consensus eius. contra quem prescribitur vt. ff. de verbo. signi. l. alienationes et vltra habet assistentiam iuris publici. et ideo vocat legalis alienatio que aliquando est permissa: vbi etiam procedens ab homine est inhibita. vt. ff. de re. eo. qui sub tu. vel cu. sunt. l. ii. Dico ergo in hac vulgata contentione donationem factam a constantino ecclesie romane de iurisdictione et iuribus temporalibus non valuisse ex vi donationis: sed habuisse vim remissionis et bone fidei recognitionis: similiter nec donationes facte a regibus francie particularibus ecclesiis valent ex vi donationis: s[ed] habent vim remissionis ac bone fidei recognitiōis. Nam si principatus ecclesie est principat⁹ toti⁹ orbis tpaliū et spūaliumvt sepe fuit demonstratum: imperialis seu regalis est ministralis et deseruiens mobilis et reuocabilis iussu principatus. Etiā infertur q gubernatio et auctorizabilis omnium temporalium fuit ecclesie: et sic non potuit imperator donare ecclesie quod suū erat: nec rex francie similiter. nunꝗ enim dominium illarum rerum fuit abdicatum in de manibus ecclesie. nō potuit ergo imperator vel rex dominium transferre quo carebat. ff. de acquerē. re. dominio. l. traditiō. §. q; vii. c. vaibertum: nec potuit dominum facere qui dominus preerat. C. de contrahen. empt. et vendit. l. cum res. Nō valent tales donationes: sed quasi possessionis iurium et possessionis bonorū traditiones vsurpatorum per principes seculares. Et fuit bone fidei recognitio. Ad hoc enim tenebatur constantinus et ceteri reges temporales ad restitutionem vsurpatorū ecclesie et eius principatui. hec enim vsurpatio fuit non hominis sed dei spoliatio: cum omnia sint dei et ipsius vicarii. c. tua. de decimis. et spiritu dei flante constantinus remisit: et sic et reges francie remiserunt ecclesiis particularibus plura iura ab eisdē vsurpata: vt sic res iterum in statum reuerteretur pristinum. xxv. distin. c. ab exordio. nec potuit iperator seu rex quicūꝗ imperii siue regni sui temporis diuturnitate sibi ius introducere cum: tanto grauiora sint peccata et c. c. cum de consuetudine. cum hec vsurpatio nedū repugnet iuri positiuo ymo diuino: ymo et ipsi deo spoliato. licet administratio tē[n]a

poralis que fit nutu principantis: et ei⁹ nutu imperator vel rex exerceat vt advocatus vel deffensor de electio. c. venerabilem. de maio. ꝛ obedi. c. solite: nec pondero quod dicit Johan. lxiij. distin. ca. ego lodoicus: videlicet ꝙ donatio lodoici fuit confirmatio donationis constantini. quia nec valuit donatio constātini ex vi donationis cum omnia sint ecclesie vt antea supra demonstratum est. nec pondero quod imperium ꝛ regnum sit a deo. vt in auctētica quomodo oportet epi. circa principium: quia non debet inferri. ergo principatus ille scilicet temporalis est in quem alij principatus resoluūtur: nam ꝛ alij principatus quicunqꝫ inferiores sunt a deo. Nec pondero quod scribitur ecce duo gladij ꝛc. quia non debet inferri. ergo sunt duo principatus eque principales: quoniam hoc est impossibile vt supra deductum est. Sed secularis principatus est ministralis ꝛ subseruiens principatui militātis ecclesie. Nec pondero quod christus saluator inquit. petro repone gladium tuum in vaginam. quia non debet inferri ꝙ hoc significaret carenciā gladij temporalis seu potestatis vel ipsius abdicationem: sed designauit quoniam christus saluator venerat ad implere voluntatem patris: videlicet pati humanitatem pro salute humani generis. noluit ergo resisti gladio: quoniam si voluisset inconuincibiliter poterat vt sequitur in euangelio. poterat legiones angelorum inuocare: vt ibi sequitur. nec pondero ꝙ sint duo luminaria de maioritate ꝛ obedientia. c. solite. quoniam ille textus probat intentum principalē: ꝛ equiparatur principatus secularis luminari minori scilicet lune: et principatus ecclesie luminari maiori scilicet soli. sic directe se habet principatus secularis ad ecclesiasticum: sicut luna ad solem. Nam ad motum lune ad varios aspectus ad solem augetur et minuitur ipsius lumen. vt lumen apparens lune procedit ab infusione solaris luminis et radijs ipsius: sic a potestate ecclesiastica procedit potestas secularis: ꝛ augeri debet et minui ad iussum et nutum ecclesiastici. Item motus verus lune elicitur ex motu solis: sic motus et progressio potestatis secularis mensuratur radicaliter a vero principatu ecclesie a quo regulantur. Item luna preest nocti nec ipsius lumen discernitur lumine solari in emisperio diffuso: vt potecius lumine confuso sub solari. sic potestas secularis in conspectu ecclesiastice confunditur ꝛ obumbratur: nisi ad iussum eius iubetur. xxiij. q. v. c. administratores et. c. regum ꝛ. c. princeps.

¶ Hic tamen obicietur: nam dicit papa non ponendam falcem in messem alienam: quod reputat cum se intromittit ꝺ temporalibus: qui filij sunt legitimi. c. causamqꝫ. ergo fatetur papa iurisdictionem temporalem et causas ipsius fore messem alienam: ergo nō suam. C. vnde. vi. l. cum querebatur. Et preterea papa habet patrimonium temporale et temporalem iurisdictionem ex donatione imperatoris. Et ibi exercet tpalia: ꝛ in illis sol⁹. ꝛ i illis inhibet principi seculari exercere: et iuramentum recipit ab eo de non exercendo. vt i cle. ne romani de iureiuran. ergo fateri videtur residuum fore imperatorum et aliorum principum seculariū. extra de prescript. c. nonne.

¶ Pro euidentia in solutione predictorum est attendendum ꝙ principat⁹ ecclesie habet duplicem potestatem: habet enim potestatem liberam qua christus saluator generaliter ipsum pretulit cuncto populo: et tunc est principatus libere prelationis: et hanc potestatem a se abdicare non potest nec alteri concedere. Et dixi abdicare in alium transferendo: sed bene renunciando. de renun. c. j. lib. vj. Nec hanc potestatem potest alter prescribere. xciij. distin. c. qui quathedram. xxiij. q. j. c. ex sola. c.

scisma. nam hoc esset prescribere cōtra obedientiam: ymo huius potestatis diuinitus infuse nullus est capax preter vicarium. habet et papa aliam potestatem limitatam et restrictam ad certum obiectum tam in temporalibus q̄ in spiritualibus: habet enim papa temporale dominium de mensa: in quo specialem habet temporalem iurisdictionem precisam et distinctam. habet enim in spiritualibus specialem potestatem in ecclesijs et locis exemptis et immediate subiectis: habet enim spiritualem in ecclesia lateranensi que est specialiter patriarchalis et sponsa spiritualis romani pōtificis. vt no. archidi. de prescript. c. ij. lib. vj. Et hec potestas relata ad obiecta singularia est concessibilis et prescriptibilis: vt dicunt textus q̄ spacio xl. annorum prescribitur contra ecclesiam romanam: vt. C. de prescript. c. ad audientiam: et quantumcunq̄ prescriptum fuerit huic ptāti sic relate: adhuc remanet prima generalis potestas. et q̄tumcunq̄ concessit vel donauerit aliquid de hijs: et in alium transtulerit semper inmanet illa generalis potestas inabdicabilis et infusa illa non ab hominis sed dei pendet arbitrio. xxj. distin. c. in nono. Et vigore illius generalis potestatis reuocare posset omnes prescriptiones translationes etiam quorūcunq̄ concessorum et prescriptorum: cū in hoc gerat vicem seu vices dei (cuius est plenitudo orbis vniuersi) et possit q̄d deus in terris. Et credo hanc potestatem nutu diuino introductam ad perfectum esse principatus orbis. Hoc sic premisso statim infertur q̄ hec sic se cōpatiuntur. q̄ principatus ecclesie sit pricipatus summus in orbe et spiritualiū et secularium attenta illa generali potestate. Et cum imperatori concesserit gladium temporalium limitatum: vel qualitercunq̄ aliter habuit imperator vl' rex quicunq̄ si habet nutu principatus ecclesie: detinet iuste. si als: tyrānice et occupat. cū vniformitas debeat esse totius ad partes: et turpis est pars q̄ suo nō cōgruit vniuerso. c. cum non deceat de p̄script. per hoc respondetur ad obiecta: cum enim dicit papa nolle ponere falcem in messam alienam vocat attenta illa potestate limitata concessa vel pmissa quo ad exercitium non autē est aliena attenta potestate generali diuina cui nichil est alienum: cum ipsius sit plenitudo orbis. c. tua de deci. quod exemplo potest naturaliter/moraliter/et legaliter demōstrari. naturaliter videmꝰ in corpe humano q̄ singula organa visus/auditus/olofactus/et singulorum sensuum. hee enim virtutes ad se inuicem relate sunt et distincte et diuerse. s3 anima sensitiua cuius sunt hec virtutes est vna: et omnes virtutes sunt vnite in substātia anime cum virtute spiritꝰ directi ad singula organa. est ergo varietas relatiue ad organa singula in quibus fit spiritum alteratio propter operationum varietatem: et tamen manet vnitas in substātia sic aqua est originaliter hec operationū multiformitas. sic et principatu vniuersi orbis relatiōe habita ad diuersa obiecta gubernabilia: variantur limitate potentie. nam aliud est obiectum temporale: aliud spirituale. Et spirituale etiā variat sicut et tpale manēte vnitate illius principatꝰ. Primū exēplū morale et politicū in pticulari policia viniꝰ ciuitatis vel regni est vna virtus potestas regitiua totius: et ab ea dependēt multiformes potestates regitiue villarum castrorum et vniuersitatum. Et variātur scdm varietatem obiectorum: que omnes varie potestates non multiformātur in prima potestate regitiua. rex enim vna potestate regali gubernat regnum totū et singula mēbra regni: licet sit difformitas habita membrorum adinuicem. Sic euidēter posset dari exēplum in yconomica: vt scribitur yconomicorū primo. et tamen in domo multiformitas officiorū q̄ tñ oīa

tendunt in vnum: et ab vna potestate dependent. sic in proposito in principatu vniuersi patet exemplum legale. Nam potestas institoris est multiformis relatione habita ad varietatem cõmissorum: et est vna potestas principalis a qua dependent singule. ff. de insti. per totum. Quid ergo mirum ex particularibus naturalibus et moralibus infertur ad totũ principatũ: cum ergo dicat papa nolle ponere falcem in messem alienam non intelligit: nec intelligere potuit. i. sue generali potestati non subiectam: sed alienam relatione habita ad administrationẽ limitatam temporaliũ sibi cõmissam et permissam: que tamen sua est originaliter. Et per hoc respondetur ad id quod agebatur quoniam papa habet singulare patrimonium. hoc tamen non excludit generalem potestatem omniũ temporalium. Sicut rex habet quedam in dominio suo: et tamen non excludit vniuersale dominium regni sui: per hoc etiã patet solutio ad id quod dicitur q christus abiecit a se temporalia: debet enim hoc sane intelligi. Nam christus nõ abiecit a se dominiũ generale orbis hoc enim nõ erat possibile: sicut nec est possibile deũ facere se non esse deum: qđ plus q̃ implicat et diuine potẽtie derogat: christus vt deus verus a se non abdicauit vniuersũ dominiũ orbis: sed christus abiecit abusus tẽporaliũ impedientiũ salutẽ et felicitatẽ patrie. hoc enim docuit et predicauit spiritu infuso: et apostoli per vniuersum orbem missi predicauerunt et docuerũt. Nam ecclesia habet et habuit aurum. xij. q. j. aurum habet ecclesia. habuit et habet temporalia. xij. q. j. c. videntes. et fuerunt et sunt necessaria subordinatiue spiritualibus. j. q. iij. c. si quis obiecerit. ¶ Amplius ex premissis dependet decisio alterius questionis. An lex papalis possit corrigere legem ciuilem imperatoris vel regis. vt pote in numero testiũ circa testamenta in prescriptionibus et pluribus aliis: de quibus generaliter subiicietur: et q hoc possit. Probatur sic imperator vel rex potest. ergo et papa tenet cõsequẽtia: quia potestas imperatoris seu regis dependet a potestate papali. vt est supra deductũ. Item potest reuocare potestatem legem condendi. ergo et ipsam legem iam conditam. Sed est dubium de modo reuocandi an scilicet legem canonicam condendo: ipso facto videatur tollere legem ciuilem contrariam: an sit necessaria expressio legis ciuilis: vel quod reuocare velit. Hic est attendendum q licet principatus orbis attenta illa diuina potestate limitata imperatoris habet potestatem territorium et messem suã distinctam a messe tẽporali limitate ecclesie: et a messe spirituali licet totum subsit illi potestati generali pape que domina est: et ex illa potestate imperator: et rex francie habent potestatem legem condendi que ligat in territorio suo vbi nõ contradicit lex canonica. ex. vi. c. si in adiutorium de causa possess. et propri. c. j. de noui operis nũciatio. c. j. tamẽ vbi eorum obseruantia introduceret peccatum mortale: tunc non essent leges nuncupande: quia tales non consonant illi potestati generali principatus ecclesie: a qua potestate pendet imperialis et regalis. vt supra est deductum. Sic lex canonica emanat a principatu ecclesie ex sua potestate limitata relata ad massam spiritualium et temporalium que sunt de proprio patrimonio que ligat spiritualia: et quecunq ecclesiastica et temporalia de illo patrimonio. Et seruantur tales leges in patrimonio imperatoris seu regis: si lex contraria imperialis vel regalis inducat mortale: et sit lex contraria non inducens mortale: statur cuilibet in foro suo. Hic tñ dubium si principatus ecclesie potest reuocare leges ciuiles ergo condendo legem canonicã contrariã legi ciuili statim reuocata est lex ciuilis. Alio non expresso. ff. de leg. l. non dubium. de constitutio. c. primo.

libr. vi. ergo semper stabitur legi canonice si contrarietur legi ciuili hic attendendum q correctio legis generalis p aliam generalem non expressa alie correcta procedit in virtute pricipatus limitati: vt imperator legem promulgando tollat contrariam illa non expressa vt in c. §. statim allegato. Sz papa condedo legem contraria legi ciuili nō inducēti mortale: nō tollit ciuilez: ratio: quia papa condendo legem canonicam simpliciter illam condit concernendo messez suam tantum: cui applicando sua est limitata potestas z sic non intēdit igredi patrimoniuz cōmissum imperatori alio nō expresso. hoc ergo nō euenit q ignoret: quia attenta generali potestate sua omnia iura etiam ciuilia sunt in scrinio pectoris sui virtualiter. ymo et sic intelligendo omnia iura ciuilia sunt canonica. Sed hoc euenit quia hoc non intendit sed promulgando iura cōcernit obiectum sue administrationi commissum Jus enim nichil aliud est q̄ ordinatio principis directiua subditorum. sic ergo sicut sunt duo patrimonia temporalia scz ecclesie: z imperatoris siue regis relata ad duas potestates limitatas: sic duplices leges: canonice sclz z ciuiles. Hec tamen duo patrimonia relata ad generalem potestatem principatus ecclesie sunt vnum patrimonium: et ex illa potestate generali principatus ecclesie reuocare posset leges) cum illa depēdeat ab illa potestate diuina. et hoc dicunt textus cum dicunt q iura diuinit⁹ per ora principum dimulgata. i. influxit ab illa potestate infusa principatui ecclesie ministraliter per ora principum: sed reuocādo debet hoc exprimi. Et sic potest concludi principatū ecclesie posse reuocare omnes leges. sed hoc debet exprimi: alias non reuocat nisi lex ciuilis inducat mortale. vnde cōcludo vnā generalem conclusionem q papa tollit legem ciuilem generaliter vbi foret lex canonica ciuili contraria: si canonica habeat maius fomentum equitatis. z hoc vbi disponit circa idē nec insurgit alia equitas rationis ex parte dispositi. moueor ad hm̄ōi inductionem: nam suppono q dispositio iur' canonici repugnās legi ciuili fundatur super fomenta naturalis equitatis: alis non saperet naturam constitutionis canonice. cum reuera constitutio canonica non dicat aliqd preter equitatem iuris naturalis insurgentis ex dictamine rationis recte: vt notatur i regula pctī de regu. iuris li. vi. Tunc ergo dico q cōstitutio ciuilis conon ice repugnās: iniquitatem continens: obuians equitati legis canonice debet corrigi: et maxime per principatū ecclesie ipsam tollerante principe secularium: cum ad eius officium vt pote gerentis vices dei spectet omne dissonuz equitati naturali absorbere: cum naturalis equitas effluat ab intelligentia diuina. vi. dist. in principio.

¶ Miles. ccxcv. ca.



Frater charissime ex premissis per vos tactis infero (cum messes et iurisdictiones imperatoris z regis z cuiuslibet domini tēporalis ex vna parte: z ecclesie ex altera: sint distincte) q papa non potest aliquez legitimare quo ad temporalia que tenētur sub imperatore seu alio rege temporali: quia extra territoriū zc. l. f. ff. de iurisdictione omnium iudi. Et patet per Ber. in. c. per venerabilem qui filii sunt legi. quia sic immitteret falcez in messē alienam. vi. q. iii. c. scriptum. Et subdit ibi q aliqui extēdunt illam legitimationem quo ad honores: non quo ad hereditates. Et scd̄m host. lata est ratio diuersitatis quia si habilitetur quo ad honores seculares nulli p. eiudicatur: ymo rei publice cōsulit. Et si habilitetur ad successiones temporales. preiudicatur heredi legitimo. per primum prouidet reipublice. Probatur per. l. generaliter q̄ spurios z. l. spurii. ff. de dec cur. q per scd̄m preiudicetur patet in auctentica de mādatis prin. §. oportet colla. iii. In

no.in.c.per venerabilem. varie loquitur. dicit primo posse dici quod dispensatio per papam in spiritualibus intelligitur dispensatum in actibus legitimis vt possit esse iudex ferre testimonium. ergo non poterit dispensare arg.c. lator eo.ti. Subdit quod legitimatus et restitutus fame in quocunque foro ecclesiastico et ciuili omnia poterit facere super quibus habebat potestatem dispensandi: poterit enim in omni foro ferre testimonium et ad ciuiles honores vocari: nisi talia que sunt in alterius preiudicium vt legitimatus ab vno principe principe vel ciuitate non obtinebit ab intestato bona in territorio alterius principis vel primatis. sic enim preiudicaretur consanguineis et coniunctis defuncti vel fisco. Item legitimatus a iudice seculari per hoc non admittetur ad ordines ecclesiasticos vel ad spiritualia. hec fuit mens Inno.

Clericus.ccxcvi.ca.



Miles reuerende hic pondero duo primo quis possit legitimare. Et dico quod solus papa seu imperator vel rex. Probatur: nam legitimatio originalis filiorum habet ortum a matrimonio. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. l. filius extra qui filii sunt legitimi. c. tanta. Tunc ille potest solus legitimare qui potest solus circa matrimonia dispensare. talis est solus papa. Et in hoc nichil potest princeps secularis de ordi. cogni. c. tuam. qui filii sunt legi. c. causam. cum matrimonium sit sacramentum et institutum a deo de diuor. c. gaudemus. et sic solus ipse vicarius de hoc se intromittit: quod confirmatur: nam secundum leges ciuiles filii duorum fratrum contrahunt licite: et filii ex tali matrimonio sunt legitimi et: tamen papa per suam constitutionem illud matrimonium reprobat. de consan. et affi. c. non debet. ergo talis potestas circa matrimonii vinculum est penes papam. ergo facultas legitimandi est penes eum solum. potest tamen imperator vel rex dispensare cum illegitimo quod succedat in patrimonialibus: cum in illis habeant potestatem disponendi tanquam administrator vt est dictum. Et hoc multum refert aliquem habilitare et aliquem legitimare Nam omnes textus intelliguntur de habilitatione. in auctentica. qui. modis na. effici. sui. et legi. et quod notatur in. c. per tuas. qui filii sunt legi. ymo no. hostien. in. c. per venerabilem quod papa illegitimos sine effectu matrimoniali vel consensu iuris vel facti non legitimat. quia non potest supplere consensum vbi non fuit: cum non possit supplere defectum iuris naturalis: faciunt notata per Inno. et Hostien. in. c. quod sicut de electione. quod licet illos habilitare possit ad spiritualia et temporalia admimus in temporali patrimonio ecclesie: secus vbi fuit matrimonium inualidum de iure obstante impedimento iuris positiui de concess. preben. c. proposuit. Stat ergo quod solus papa vere legitimet: et non imperator vel rex: licet habilitet illegitimum vt perinde sit ac si esset natus de legitimo matrimonio: et succedat: et ad honores promoueatur intra territorium habilitantis tantum: Sed legitimatus a papa vera legitimatione concernente purgationem defectus solennitatis matrimonii est habilis. ergo ad omnia et in quolibet territorio: hoc probatur per. c. tanta. qui filii sunt legitimi. nam legitimatio trahitur ad tempus contracti matrimonii.

Item si papa habet principatum plenum quo ad omnia vt supra monstratum est: satis sequitur quod habilitatus per eum censetur per eum in quolibet patrimonio legitimatus. Matrimonium enim est a deo institutum et in paradiso terrestri. c. quod votum. de vo. et vo. redempt. lib. vi.

Miles.ccxcvii.ca.

SI matrimonium sit a deo auctore institutum: nunquid magis placet deo matrimonium quam virginitas? Et videtur q sic. Et pendet dubium: an virginitas sit virtus moralis circūscripta lege divina: et apparet q non. Nam virtutes queruntur ex actibus. ij. ethicorum. xxviij q. j. §. ex his. virginitas autē mere procedit a natura. itē virginitas magis convenit iuvenibus: de despō. impu. be. c. puberes ⁊. ij. c. sequen. de spon. c. iuvenibus: aut maxime i pueribus nō conveniunt virtutes morales. xij. q. j. c. omnis etas: xxij. q. j. c. parvuli. Item virtus consistit in medio. de cōsue. c. ex parte. virginitas autem est extremū q2 abdicat omnē actum venereū. Item i illo casu contingit male uti virtute. virginitate autem male uti contingit. Nā si primi parentes virgines fuissent male usi fuissent. Item virtus perdicta reparatur de pe. di. ij. per totum. virginitas autem perdita non restaurat: ymo hoc posse nō cōvenit deo. vt in. c. si paulus. xxxij. q. v. Item nulla virtus inclinat contra finem ad quem natura ordinavit. quia finis habet naturam optimi sed natura ordinavit membra genitalia ad coitum propter prolis generationē huic autem repugnat virginitas. item tendit ad corruptionem vniuersi. Item repugnat matrimonio istituto a deo: ⁊ sic concluditur legem papalem ex capite quo approbat virginitatem totaliter deviare a prudentia humana.

¶ Clericus. cclxviij. ca.



HIc attendendum q virginitas potest sumi duobus modis: vno modo pro integritate concernente corporeitatem: alio modo p habitu electivo qui plus eligit sic avenis eis abstinendo. sumendo primo modo virginitas non est virtus moralis. Si autem sumatur secundo modo pro habitu electivo: tunc dicūt quidam q est virtus moralis. Item dicunt q est distincta a castitate viduali.

¶ Probatur prima cōclusio: quia virginitati sumptē pro habitu electivo seu intellectivo cōvenit descriptio virtutis ¶ Pro cuius evidentia est notandum q natura non ordinavit actus venereos ad conservationem individui: sꝫ speciei vt scribitur in. ij. de anima. Naturalia autem sunt terminata ad maximū et minimum. vt scribitur primo phisicorum: ⁊ in clemen. ad nostram de hereticis: et in. l. fi. C. de sacrosanctis. eccle. Et hoc specialiter debet concedi in hominum multitudine. natura enim facit de possibilibus quod melius est: et non habūdat in superfluis nec deficit in necessariis. Constat autem q humane nature propter complexionis subtilitatē et operum sibi debitorum multitudinē et per consequens organorum corporalium diversitatem: tot ac tante sunt indigentie quos natura non suppleuit. sꝫ rationem quam dedit homini vt suppleret: relinquit q vnus homo vel duo aut centum vel pauci non sufficerent ad hanc replendam indigentiam. pluribus enim indigentiis indigemus quorum artifices adinvicem permutentes pro suis operibus habere possūt eā de quibus indigent operibus aliorū: propter quod concludi potest q sicut in toto mundo sicut si erat in primeua constitutione mundi sive in aliquo climate non esset hominum multitudo sufficiens ad indigentias supplēdas: regula nature et recta ratio nō prohibent abstinendum ab actu venereo: et virginitatem prohibent seu inhibent. quia nichil eorum que preter naturam sunt est bonum vt scribitur. vij. politicorum: nature enim sagacitas ordinavit ad speciei multiplicationē ⁊ permanētias. posset ⁊ esse tanta multitudo q si vlterius excresceret terra nō eēt sufficiēs ministrare

cibum hominibus. ppter quod illo tem pore nature vis et ordo permitteret ymo iuberet cōtinere. Cum igitur hijs temporibus sit genus humanum multiplicatū sufficient̄ et dictamine rationis sit concors ordini nature recta ratio pmittit imo persuadet per totam vitam abstinere. Et sic bene inferttur q velle frāgere integritatem corporis decorantem corpus anteq̄ sit opportunum aut vbi aut quando non apparet seu oportet: tenet vnum extremū vituperabile. Nolle etiam frāgere p necessitate humani generis saluanda et multiplicanda tempore defectus: tenet aliud extremū. similiter nolle frangere aut frangere velle cū circunstācijs debitis: tenet medietatem que est virt⁹ moralis circūscripta qualibet lege diuina et est temperantia. Item virginalis abstinētia iuuat ad opera virtutum exercenda. Melius enim potest vacare contemplationi abstinens venereis q̄ se immiscens. Quod autē distinguat a viduali castitate patet: q virginitas est habitus electiuus integritatis: quo caret vidualis castitas. Castitas autem vidualis est habitus electiuus pꝑpetue abstinentie a venereis: nec negari potest quin cum virginitate stet virtus temperantie: imo aliquibus personis expedit vel decet abstinere a veneris coitibus: puta leprosis ne alios inficiant. c. q̄admodum de iure iurā. de cōiugio leprosorū. c. j. Egenis non sufficientibus ad plem nutriendā. egrotantibus quorum saluti obest coitus: et de quibus non esset verisimile q possent plem nisi defectuosam et orbatā generare. Stat ergo conclusio scȝ virginitatem cum debitis circunstantijs fore virtutem moralē nec legem canonicam hanc approbantem recedere a vera prudentia humana.

¶ Hec autem virtus replet paradisuȝ sicut nuptie terram. xxxij. q. j. c. nuptie. hec sola est potens animas deo pñtare in auctentica. de leno colla. ix. illa est pncipium aliarum virtutum in auctentica quomodo opȝ epi. §. neqȝ autem. et illa defert laureolā. xxxvij. q. v. c. si paulus. Stat ergo q virginitas est (circumscripta fide) virtus moralis.

¶ Miles. cccxix. cap.

Sed nunquid concubinatus per legem nomen assumpsit: et extra penam legis est. l. in concubinatu. ff. de cōcubi. Quid ergo dicitis q virginitas sit virtus moralis. Et dominus ricardus Malūbra dicit disputando q a iure antiquo pmeuo omnis cōiunctio maris et femine erat legitima: et proles nata erat legitima. vt i auctētica qui. mo. na. effi. legi. §. licet. Postea superuenerunt leges que aliquas coniunctiones approbauerunt expresse vt matrimoniales: et filij nati et illis coniunctionibus sunt legitimi. Quasdam reprobauerūt expresse. vt adulterinas: incestuosas: et filij nati ex illis non sunt legitimi: nec vocantur filij. ff. de hijs qui sūt sui vel alieni iur. l. fi. in fi. Nec per subsequēs matrimonium legitimātur. vt. c. tāta qui filij sunt legi. Quedam autē est coniunctio que a lege non est approbata nec reprobata. vt concubinarius coitus: et filij nati ex tali coitu remanent in primeuo statu: et ideo vocantur naturales: et p subsequens matrimonium legitimantur. Et hoc vult dicere textus prius allega. q a lege concubinatus nomen assumpsit: non q per legem sit approbatus: sed stat in pmeuo iure naturali.

¶ Clericus. ccc. cap.



Hic attendendum q loquēdo de iure positiuo etiā antiquissimo non procedunt illa que dicta sunt. Sed loquēdo de iure naturali pmeuō post corruptā naturam humanaȝ per peccatum primorum parentum pcedere possent: q ex illo antiquo iure nullus coitus fuit damnatus Sȝ postea humano genere multiplicato: superuenit damnatio et approbatio. Stat tamē q lex positiua ciuilis approbat concubinatus: et ex hoc non accedit ad naturaȝ vere prudētie humane etiā lege diuina

circũscripta: quod p3 ex supra demon-
stratis. Nam ex dictamine recte ratio-
nis vnus homo debet iungi vni mulie-
ri indiuisibiliter non pluribus: hec autẽ
est coniunctio matrimonialis non con-
cubinatiua. lex ergo canonica concubi-
nalem reprobans et solam matrimonia
lem coniunctionem approbans: accedit
ad veram prudentiam humanam: et
etiam circumscripta lege diuina.

¶ Miles. ccc j. cap.

Nunc reuerẽde clerice per
vos volo informari an lex
canõica seu papalis appro
bans vite austeritatem: vt i
regulis mendicantibus et
carturiẽsibus et similibus deuient a re-
ctitudine rationis et tramite hũane pru
dentie. Et memor q sic: nam insensibi
litas est vicium morale. vt scribit phũs
tertio ethicorũ: et illa consistit circa ex-
tinctionem delectationis tactus et gu-
stus vltra debitum: vt pote potũ cibum
et actus venereos substrahendo corpus
macerando: et hoc vicium est contra na
turam et contra bonos mores. ¶ Est
enim contra naturam inferiorem sc3 ve
getatiuam in capiendo alimentum mi-
nus debite. ¶ Secundo est contra na-
turam mediã .i. sensitiuã in minus debi
to delectando et cõcupiscendo: et est cõ
tra naturam superiorem sc3 intellectua
lem: q ratio itellectualis excedit i hoc
sc3 quãtũ oportet et quomodo cũ aliis
circũstantiis est cõtra bonos mores: q
impedit actum prudentie nõ solũ ex eo
q opponitur temperantie: sed q ex g ne
raliter debilitantur organa virtutum sẽ
sitiuarum. Et sic male administrant in
tellectui virtutes sensitiue et intelle-
ctiue. Cum nostrum intelligere sit fan
tasmata speculari. vt scribit phũs. iij. de
anima. Et sic impeditur prudentia que
est recta ratio agibilium: et specialiter
impeditur actus fortitudinis cum cor-
pore debilitato cum non possint exerce
ri actus bellici. Et est valde in humanũ
cum impediat hominem: non solum se-
cundum q est homo: sed secundum q
est animal. Et de isto vicio scribit sene-
ca. lxxx. ad lucillum videamus ne ista
per que ad rationem parare volumus
ridicula et odiosa: sicut nempe proposi-
tum nostrũ est secundum naturam vi-
uere: sed contra naturã est vt puta tor-
quere corpus et faciles odire mundicias
et cibis non tantum vilibus vti: sed in
cultis et horridis quẽadmodũ desidera
re delicias luxurie et ita visitatas: et non
fugere demẽcie est. ergo videt q lex pa
palis seu canonica hoc approbans i to-
tum deuiet a vera prudentia. Et p hoc
infertur q status religiosorũ hanc am-
plectantium: et maxime heremitarum
nec non carturiensium: in totum ex or-
bitet a dictamine recte rationis.

¶ Clericus. ccc ij. cap.

Pro euidentia huius est
aduertendum q insensi-
bilitas põt sumi dupli-
citer. Vnomodo p om-
nimoda carẽtia delecta
tionum sensibilium cir-
ca actum tactũ et gustum. ¶ Primo
modo credo in homine sano insensibili
tatem esse impossibilẽ cum naturaliter
insurgant passiones appetitus: vt in pa
lea: sed pensandum. vi. di. ¶ Secundo
est possibilis et modus generationis illi-
us habitus contingere potest. Nam ho
mo percipiens turpitudinem et mala
cõtingere ex nimia ingurgitatione et po
tatione per intellectum iudicare potest
q delectationes cibi et potus sunt om-
nino inquatum natura potest reiciende vel
abiciende. Sed sunt plures qui ex sua
complexione appetunt cibaria praua et
nature inepta. et prouenit hoc ex radice
necessitatis ex supercelestibus: quod
non discussio: quia alterius est doctrine
et non propositi. ¶ Item est attenden-
dum q lex canonica non approbat in-
sensibilitatem. vt est talis habitus ad
praua appetenda et inepta nature: nec

ad pauciora q̄ natura requirat: sed approbat temperantiam que est habitus inclinans ad appetendum apta z sufficientia: z ad reprobandum excessiua in quanto z quali. Et hoc pbatur expresse de conse. di. v. Nichil enim sic iocundū est sicut cibus bene digestus aut decoctus. nichil sic salutē inducit vel sic egritudinem fugat: sicut moderata refectio sufficientia quippe cum nutrimento sobrietatem simul pereat z voluptatem. Ex habundantia vero morbum facit z molestias ingerit: z egritudines generat z facit. quod enim fames facit: hoc etiam plenitudo ciborum: magis autē multo hominū peiora fames facit: quippe in paucis diebus aufert hominem: z liberat ex hac vita penali. Excessus vero ciborum consumit: computrescere facit corp⁹ humanum: z macerat egritudine diurna. Et tunc cum morte crudeli cōsumit. Ecce iste textus damnat sensibilitatem sic z intemperantia. Et approbat temperantiam. Et hoc probat textus Hieronymi. ij. c. sequenti: z incipit ne teles. z. c. legimus: z est tamen attendendum q̄ virtus temperantie consistit in quodā medio sicut z quelibet alia virtus moralis. Et istud medium non est medium rei: sed medium quo ad nos: z scribit philosophus secundo ethicorum eadem. hec medietas non est status monachorum z aliorum religiosorū qbus non incumbit aliquod onus graue corpore: sed solum onus contemplationis z orationis. in hijs iudicantur abstinentia z ieiunia: vt remittatur robur z decor corporalis: non tamē fiat tanta detractio q̄ remittatur seu consumatur vsus rationis ne egritudines incidant: hoc consonat dictamini recte rationis maxime tēdēti ad fruitionē eterne beatitudinis. Est igitur status clericorum secularium quibus plus oneris corporalis incumbit circa agibilia: istis minor indicit abstinentia: tamen maior q̄ secularibus alijs. Et status secularium istis minor: z maxime pncipantibus: et militantibus: z manu operatoribus et alijs quibus incumbit labores corporales supportare: foret ergo vicium mortale talibus quod est virtus religiosis z alijs ecclesiasticis personis. ¶ Fateor tamen q̄ attenta veritate z fide catholica quelibet abstinentia dum tamen nō sit offensiua vsus rationis vel inductiua mortis vel etiam egritudinis in quolibet etiam principante propter contēplationem diuine maiestatis est meritoria: sꝫ moraliter loquutus sum. vt appareat legem canonicā circumscripta fide ac diuina lege non dissonare a vera prudentia humana: vt supra discussum est. Q̄z abstinētie z mortificationes delectationum sensualium cum circumstantijs debitis quas lex canonica inducit non dissonent a vera prudentia humana ꝓbant textus philosophorꝫ. Nam aristoteles in libro de morte sua dicit q̄ philosophus purus z perfectus mortificauit omnia desideria sua in commessatiōe potu z coitu. Et ideo secundo ethicorum dicitur q̄ si volumus acquirere virtutes oportet nos habere delectationes: sicut senes plebis romanorum se habebant ad eam q̄ non solum volebant helenam tangere: sed nec videre staturam ipsius z concordat philosophus. viij. phisicorum vbi dicit q̄ cum homo perfectus z sanctus speculatiuus videnti vilitatē appetituum sensibiliū eiciet eas omnino z odiet odio maximo. cōsonet ergo lex canōica textibus philosophorꝫ: z sic circumscripta lege diuina z fide que est ipsa veritas implicat verā humanam prudentiam z in nullo discrepat ab ea.

¶ Miles. ccciij. cap.



D propositum principale redeundo quoniam filius plus debito fuit forsitam euagatus temporalia non sunt hereditas christi: quoniam regnum suum non est de hoc mundo. Nec in super sunt hereditas apostolorum eius: quod conseruandum successoribus suis episcopis dimiserunt. nec sunt iura sponse christi fastigia imperialia nec dominia temporalia que sub huiusmodi verborum sophistice moderni Romanorum pontifices vt se defendant de plenitudine potestatis talia se asserunt obtinere. quod enim de temporalium dispensatione dicemus: cum debeat pauperibus impotentibus aliisque personis miserabilibus dispensari ꝙ neminem quasi latet conuertuntur in eos vsus et verius abusus dixero. de quibus alias sermo.

¶ Clericus.cccciij.cap.

Quoniam vis huius argumenti consistit in hoc ꝙ temporalia non sunt hereditas christi: et per consequens ꝙ christus nullum habuit dominium temporale nec etiam ipsi apostoli. Aduertendum ꝙ cuiusdam heretici hec fuit opinio: sed nunc manifeste sacra scriptura attestante contrarium ostenditur. multi quidem prophete eum regem futurum populi israelitici et per consequens habere regni dominium prophetauerunt ysa.xxxiij.c. sic dicens. ecce dominus iudex noster ipse veniet et saluabit nos. Item per os Hieremie prophete deus Hieremie.xxiij.c. dixit ita. suscitabo Dauid germen iustum. et regnabit rex: et sapiens erit. et sequitur. et per hoc est ꝙ vocabunt eum dominus iustus noster. Iste enim est lapis abscisus de monte sine manibus: cui deus dedit regnum quod in eternum non dissipabitur: vt habetur Danielis.ij.c. Item zacharie.ix.c. de eo dicitur sic. Exulta satis filia syon iubila filia. Jerusalem ecce rex tuus veniet tibi iustus et saluator: ipse pauper et ascendens super asinam et super pullum filium asine de hoc Dauid in multis locis prophetauit. Unde in quodam loco de persona eius sic dicit. Ecce constitutus sum rex ab eo etc. eumque futurum in multis locis prophetizauit. Unde totus psalmus. Eructauit cor meum in loquitur de rege isto: et sponsa eius scilicet ecclesia. et alii multi specialiter loquuntur de rege huiusmodi satis clare.

¶ De hoc etiam salomon in cantico iij.c. dicit sic. Egredimini filie Syon et videte regem salomonem etc.

¶ De hoc etiam antequam conciperetur Gabriel archangelus. vt legitur Luce secundo capitulo. Dixit dabit ei dominus regni Dauid patris eius: et regnabit. et cetera. vnde et eo nato angelus ad pastores Luce.ij.c. dixit natus est nobis hodie saluator qui est christus dominus. id est rex et dominus etiam nato illi tres magi euangelii. Mathei.ij.c. perhibuerunt testimonium sic dicentes vbi est qui natus est rex iudeorum. Item ille nathanael verus israelita in quo dolus non erat dixit ei. Johannis.primo.c. tu es filius dei tu es rex israel. Pylatus quoque in superscriptione scripsit. iesus nazarenus rex iudeorum. Quam quidem superscriptionem scribens non sine diuino instinctu iudeis instantibus ꝙ non scriberet rex iudeorum ipsos audire noluit: sed respondit quod scripsi scripsi. Hoc etiam saluator confessus fuit. Jo.xviij.c. cum enim pylatus interrogaret eum vtrum esset rex iudeorum respondit ei regnum meum non est de hoc mundo. Ex quo pylatus concludens dixit ergo rex es tu. Iesus respondit regnum meum non est hinc. Non dixit non est hic: sed dixit non est hinc quasi diceret regnum meum a mundo non habeo sicut nec habebat: ymo

a deo sicut angelus eius genitrici predixerat dicens. Luce. j. Dabit ei dominus sedem David. etc. Et hoc beatus Petrus Actuum. ij. c. expresse testatur dicens. certissime sciat omnis domus israel quia et dominum eum et christum fecit deus hunc Jesum quem vos crucifixistis. in quibus verbis Petrus clare concludit de Jesu videlicet quod regnum suum a mundo non habuit: sed a deo: in eo quod dixit quod fecit deus Jesum id est regem. per christum regem intelligimus vnctum: quia christus interpretatur vnctus. Et quia reges inungi consueuerunt: et per Jesum intelligimus regem: vnde ostenditur ibi manifeste quod hoc est regnum christi: non terrenum. Item concludit Petrus ex verbis predictis quod Jesus inquantum homo subsistens in diuino supposito fuerit dominus et rex situs. Constat enim quod inquantum deus crucifixus non fuit: sed inquantum homo. Et ideo cum rex et dominus situs crucifixus fuerit inquantum homo: sequitur quod sibi regnum et dominium tanquam homini deus sibi concessit. hoc etiam super posuit angelus loquens eo nato pastoribus: dicens natus est nobis hodie saluator qui est christus dominus: id est rex et dominus. vbi aduertendum quod illud quod gabriel angelus christo nondum nato dixerat de futuro: dicens matri sue dabit ei dominus sedem David patris eius. etc. Angelus iste eo nato dixit pastoribus per verba de presenti: dicens. hodie natus est nobis saluator qui est christus dominus. hoc Augustinus. in. lib. de concordia euangelistarum in prohemio expresse testatur dicens. dominus Jesus christus vnus verus rex: vnus verus sacerdos est. Et Paulus plus dixit sic. sed et hominem qui christus est et sacerdos effectus est: cui dedit deus sedem Dauid patris sui et regni eius non erit finis. Item saluator fuit dominus temporalium omnium: vnde de eo dicitur. ysa. xvj. Emitte domine dominatorem terre. Item Mathei. v. c. dixit sic. et tu bethleem terra iuda nequaquam minima es in principibus iuda: ex te enim egredietur qui sit dominator in israel: et egressus eius ab initio a diebus eternitatis. Malachie vero. iij. c. de eo dicitur sic. statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos queritis. Item Johannis. xiij. c. ipsa veritas dicit. vos vocatis me magister et domine: et bene dicitis: sum etenim. Item Math. xxj. c. dicit. Ite in castellum quod contra vos est: et statim inuenietis asinam alligatam et pullum cum ea: soluite et adducite michi. Et si quid aliquis vobis dixerit: dicite quia dominus his opus habet: et confestim dimittet eos. Hoc quoque beatus Johannes Actuum. xix. testatur dicens. habet scriptum in vestimento suo: rex regum et dominus dominantium. hoc insuper apostoli in suo simbolo confitentur dicentes. Et in Jesum christum filium eius vnicum dominum nostrum. hoc etiam sancti patres in simbolo quod cantatur in missa protestantur expresse ibi. Et in Jesum christum filium eius vnicum dominum nostrum. Per premissa autem seculi vniuersale dominium habuit Jesus inquantum deus ab eterno: eo ipso quod deus pater genuit eum inquantum homo ex tempore: scilicet ab instanti conceptionis sue ex dei donatione vt patet ex predictis. Nichilominus habuit dominium aliquarum rerum temporalium non ab instanti sue conceptionis sed post ea successiuis modis aliis: vt pote ex collatione fidelium vel emptione acquisita. Et que sint illa videamus. Nullus autem de his potest testimonium perhibere quam apostoli et discipuli eius. videamus ergo quid super hoc ipsi dicunt specialiter a tempore quo cepit miracula facere et predicare: certe narrant ipsi habuisse aliqua licet pauca. habuit itaque vestimenta. vnde legitur Mathei. xvij. c. in transfiguratione sua vestimenta eius facta esse alba sicut nix. Item Johannis. xiij. c. dicitur sic de eo. surgit a cena: et posuit ve-

menta sua &c. Itē iohānis.xix.c.in pso na eius legitur partiti sūt sibi vestimē ta mea et in vestem meam miserūt sor tem. Et ad idem sanctus Matheus. xxvii.c. Item beatus iohannes baptista de eo loquens dicit: cuius non sum dignus corrigiam calceamenti soluere Marci.i.c. recitatur ipsum dixisse. cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum. Item iohannis.i.c. recitatur dixisse. non sum dignus soluere corrigiam calciamenti. Item iohannes supponit ipsum loculos habuisse i quibus iudas que mittebat portauit. Unde iohannis.xiii.c.cum dixisset iudae Jesus qđ facis fac citius. Quidā putarunt quia loculus habebat iudas ꝙ dixisset ei Jes⁹ ea que op⁹ nobis sūt ad diem festū. aut de egenis aliquid daret. Et ꝙ loculi essent iesu patet per augustinum dicentem habebat dominus loculos a fidelibus oblatos conseruans & suorum necessitatibus aliisqꝫ indigentibus tribuebat. Et habetur.xii. q.i.c.habebat: & patet per id quod i ei⁹ persona psalmista dixit. qui manducat panem mecuꝫ leuabit calcaneum suum contra me. Et recitatur Johannis.xiii. primo. ꝙ autem dñiuꝫ interdum habuerit patet: ꝙ adminus in re illa habuit in qua eucharistie instituit sacramentum de quo habet Math.xxvi.c. marci.xiiii.c. Luce.xxii.c. Iste ergo hereticus. Dicendo christum ihesum dominum nostrum non habuisse dominium aliquod temporalium: scripturis predictis veteris: & noui testamenti contra dixit expresse. Et si velit dicere ꝙ ille regno & dominio renunciauit expresse ostendat illud si sciat. quod tamen per sacram scripturam non poterit imo contrarium sacra scriptura supponit expresse que supponit eum non longe a possessione sua dixisse: vos vocatis me magister & domine: et bene dicitis: sum et enim. Item illud Mathei. xxi. capitulo. vbi dominus duobus discipulis dixit: ite in castellum quod contra vos est: & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea soluite & adducite michi. Et si quis aliquid vobis dixerit: dicite quia domin⁹ hūs opus habet. Item tempore passionis se regem cognouit. vt probatum est supra. Item dauid in persona eius legitur dixisse etiam pro tempore passionis diuiserunt sibi vestimenta mea. &c. Et recitatur Mathei.xxvii. ¶ Ex quibus euidenter aqparet ipsum regno et dominio nō renūciasse predictis imo videtur ꝙ non potuerit renunciare: & si fecisset contra ordinationem patris fecisset. dicitur enim Danielis secundo capitulo. vbi de eius regno fit mentio. suscitauit deus celi regnum eius. vt alteri non crederetur. Item Danielis.vii.capitulo dicitur sic. dedit ei potestatem & honorem & regnum: et omnes populi tribus & lingue ei seruient: & ei⁹ potestas eterna q̄ non auferetur: & regnum eius non corrumpetur. Sed dicit iste hereticus ꝙ est contra sacram scripturam: quia in plerisqꝫ locis dicit christum fuisse pauperē & egenum. ¶ Ad quod dicendum ꝙ dici nō debet esse contra sacram scripturam. In tot locis scriptura sacra testatur aperte: sed econtra merito potest dici. Sed dicere contrarium est dicere contra sacram scripturam: & mendaces redere tot prophetas: angelum: & apostolos ac ipsum dominum nostrum ihesuꝫ christum qui tamen veritas est & vita. Illud autem ꝙ scriptura sacra dicit ipsum fuisse pauperem & egenum: potius carentia est dicendum. ꝙ non carētia dominii fecit eum pauperem & egenum: sed potius carentia perceptionis fructus & obuentionis rerum quarum dominus erat. Unde habens tale dominum potest egenus & pauper reputari merito: quod patet ad sensum si enim rex francie non renunciando regno se a regno absentaret & post lapsum ali=

cuius temporis incognitus rediret ad illud: si pro rege non gereret nec aliqua emolumenta perciperet dicti regni: sed in domo regia reciperet vnus alienus ex gratia necessaria vite sue talis vtique licet rex et dominus posset mendicus et pauper reputari. ¶ Hinc est quod apostolus ad galath. tertio capitulo dicit: quod heres quamdiu est paruulus non differt a seruo: cum tamen sit dominus omnium. sic christus rex regum et dominus dominantium quo ad perceptionem fructuum regni et rerum temporalium nisi in valde paucis pro rege vel domino se non gessit: propter quod merito pauper dici potuit voluntarius et egenus: non propter dominij carentiam siue regni: sed propterea quia se eorum fructibus: et prouentibus non iuuabat. Nunc autem de apostolis est videndum. vtrum habuerint dominium aliquarum rerum in proprio vel communi. quo ad ista videtur distinguendum inter tempus quo apostoli fuerunt cum redemptore nostro dum viueret: et tempus post eius mortem. Si queratur vtrum in tempore quo cum redemptore nostro fuerunt habuerunt aliqua: videtur adhuc distinguendum inter tempus antequam ad predicandum mitterentur: et tempus missionis eius quo in predicatione fuerunt: et tempus postquam sunt a predicatione reuersi. Si consideretur primum tempus antequam ad predicandum mitterentur: non videtur quod eis habere aliqua presertim ad vite sustentationem pertinentia interdictum sit: quod apparet ex forma vocationis eorum. cum enim ad discipulatum vocati fuerunt forma vocationis Petri et Andree: vt patet Mathei quarto capitulo fuit hec. venite post me: et faciam vos fieri piscatores hominum. Et sequitur at illi continuo relictis rethibus secuti sunt eum. de Iacobo autem et Iohanne in eodem .c. dicitur. non aliud nisi quod vocauit eos: et sequitur illi autem statim relictis retibus et patre sequuti sunt eum. forma autem Mathei fuit hec. sequere me: et sequitur quod relictis omnibus surgens secutus est eum. forma autem vocationis philippi noscitur fuisse talis. sequere me: vt habetur Iohannis primo capitulo. Ex forma autem vocationis predictorum vel ex eis que ipsi fecisse tunc leguntur non apparet quod ipsi renunciauerint omnibus bonis suis. de Petro enim et Andrea legitur non quod tunc relinquerint nisi rethia sua. Et tamen legitur Marci Mathei et Iohannis. viij. cap. quod post predicta Ihesus egrediens de synagoga venit in domum Symonis et Andree cum Iacobo et Iohanne vbi curauit socrum Petri de febribus. de Iacobo autem et Iohanne non legitur quod tunc relinquerint nisi rethia et patrem: quequidem rethia videtur fuisse patris eorum qui viuebat potius quam ipsorum. de Philippo autem non legitur quod tunc reliquerit aliquid. de Matheo autem legitur quod relictis omnibus secutus est eum et cetera.

¶ Preterea tamen Ihesus miserat duodecim quos apostolos vocauerat. legimus eis interdixisse aliqua: videlicet vt non possiderent aurum neque argentum neque ex eis vterentur in zonis suis: et alia nonnulla: ex quibus patet quod ante missionem illam ipsis interdicta non erant: alias frustra in remissione fuissent eis talia interdicta. de discipulis autem constat quod habuerunt aliqua multa: de Ioseph math. legitur Iohan. xix. capitulo quod erat discipulus Ihesu Mathei. xxvij. capitulo dicitur quod erat diues homo ex discipulis Ihesu. Item constat quod Symon leprosus erat de discipulis Ihesu: et tamen legitur Mathei. xxvi. capitulo quod Ihesus in bethania erat in domo eius. Item Lazarus Martha et Maria magdalena qui erant multa bona habentes.

¶ Unde legitur de eis Johan.xi. capitulo quod castrum dictum Bethania erat Marie magdalene et Marthe: et quod ei in Bethania fecerunt cenam magnam in qua Martha ministrabat: Lazarus erat autem de ministrantibus seu distribuentibus vel discumbentibus cum eo Maria magdalena accepta una libra unguenti nardi pistici preciosi unxit pedes Jhesu et extersit capillis suis pedes eius. Thabita que interpretatur dorchas quam Petrus suscitauit a mortuis legitur actuum.ix. capitulo quod erat discipula et plena operibus bonis: et elemosinas faciebat: et quod omnes vidue flentes ostenderent Petro tunicas quas fecerat eis dorchas. Ex quibus patet quod ista non obstante discipulatu temporalia habebat: unde elemosinas predictas faciebat: nec reperimus quod dominus noster aliam legem discipulis dederit: et aliam apostolis suis. imo beatus Clemens in quadam epistola sua cuius pars recitatur.xii.q. prima.c. dilectissimis expresse supponit quod eadem erat apostolorum et discipulorum secta: dicens. communis vita videtur omnibus esse necessaria: et maxime his qui vitam apostolorum eorumque discipulorum imitari voluerit. Item nec cum ipsos apostolos et discipulos fecit: videtur eis dixisse aliam quam prius habuerat potestatem aliquam eis tribuisse. Unde cum eos apostolos ordinauit legitur Mathei.xii. capitulo discipulis dedit illis potestatem spirituum immundorum: ut docerent eos et curarent omnium langorem et omnium infirmitatem. Si vero consideretur tempus quo missi fuerunt ad predicandum. videtur quod illo tempore quod aliqua fuerunt eis habere interdicta. Legitur enim Mathei.x.capitulo quod illos duodecim apostolos misit: precipiens et dicens. nolite possidere aurum neque argentum neque pecuniam in zonis vestris: non peram in via neque duas tunicas neque calciamenta neque virgam. Marci vero sexto capitulo. Legitur sic dixisse: et vocauit duodecim et cepit eos mittere binos: et precepit eis ne quid tollerent in via neque virgam tantum: non peram: non panem: neque in zona eis: sed calciatos sandali: et ne induerentur duabus tunicis: luce vero nono capitulo legitur sic dixisse. misit illos scilicet duodecim apostolos predicare regnum dei: et sanare infirmos: et ait ad illos nichil tuleritis in via neque virgam: neque peram: neque panem: neque pecuniam: neque duas tunicas habeatis. Ex quibus patet quod pro tempore predicto: tantum predicta fuerunt eis interdicta Augustinus tamen dixit expresse in libro de concordia euangelistarum quod illud non fuit preceptum: sed potestas data recipiendi necessaria ab eis quibus euangelium predicabant quam seruare apostolis noluit vel etiam non seruare. Alias autem apostolus Paulus transgressor huius precepti extitisset: quia plurimum ab illis quibus predicabat non recipiebat necessaria: sed illa vel recipiebat ab aliis vel ea suis manibus acquirebat. Sicut patet primo ad Corinthi.ix. capitulo ad philipenses quarto capitulo: et ad Thessalonicen. tertio: et actuum.xx. capitulo ubi dicitur. argentum et aurum non est michi: aut vestem nullius concupiui sicut ipsi. quoniam ad ea que michi opus erant et his qui mecum sunt ministrauerunt manus iste.

¶ Preterea quod illud preceptum fuerit temporale satis innuitur Luce vigesimosecundo capitulo ubi apostolis dixit quando misi vos sine pera et sacculo numquid aliquid deffuit vobis.

Preterea discipuli.lxx. quando scilicet misit eos dixit. nolite portare sacculum in quo pecunia consueuit portari: neque peram: in qua consueuerunt alimenta portari: neque calciamenta: et de illis certum est quod multi ex discipulis

erant multa habentes: vt patet ex predictis. Si autem consideremus temp⁹ post reuersionem. tunc videtur ꝙ eis licuit habere premissa: saltem in communi. habuerūt enim apostoli postq̄ fuerunt reuersi de predicatione panes et pisces vt patet in miraculis panum ⁊ piscium que facta fuerunt postq̄ de predicatiōe ad Jesum redierunt. vt patꝫ Marci. vj. c. vbi de apostolis postq̄ a predicatione redierant: dicitur sic. ⁊ conuenientes apostoli ad Jesum renunciauerunt illi omnia que egerant ⁊ docuerant: scꝫ in predicatione ad quam missi fuerant. ⁊ dum reuersi fuerunt ⁊ rationeꝫ domino reddiderunt de ea. Et post eūdē. c. sequitur miraculum quinq̄ panum ⁊ duorum piscium: vbi apostoli cū dominus dixisset eis ꝙ darent turbe manducare dixerūt: euntes emamus ducentis denarijs panes ⁊ dabimus illis manducare. Luce. ij. c. dicitur sic. Et reuersi apostoli narrauerūt illi quecumq̄ fecerant: et post sequitur eodem. c. miraculum predictum quinq̄ panum: vbi dicitur ꝙ cuꝫ dominus dixisset apostolis vos date illis manducare: illi dixerunt. nō sunt nobis plures q̄ quinq̄ panes ⁊ duo pisces: nisi forte nos eamus et emamus omni turbe escas.

Ex quibus patet ꝙ ex quo reuersi sunt a predicatione apostoli: ꝙ habuerunt ⁊ panes ⁊ pisces: ⁊ peccuniam de qua tante turbe (quanta erat illa) poterant emere cibos. Item postq̄ reddierūt de predicatione habuerunt peccunias. Johannis. iiij. c. dicitur ꝙ Jesu sedente super fontem Jacob discipuli eius abierūt in ciuitatem: vt cibos emerent. Et sic patet ꝙ peccuniam habebant cum emptio mediante peccunia fiat. Deutero. enim. ij. c. dicitur. Et cum tunc temporis apostoli de predicatione fuerant vt videtur reuersi: cum in. c. prealle. Jesus discipulis dixerit: ego misi vos metere quod non laborastis. Alij laborant: et vos in labores eorum introistis. supponit quoq̄ euidenter scriptura euangelica ipsos post reuersionem predictam sacculos in quibus probatur peccunia: et plures tunicas habuisse. legitur enim. Luce. xxij. dominum nostruꝫ Jesum christum apostolis dixisse: qui habet bacculum tollat similiter ⁊ peram: et qui non habet gladium vendat tunicam suaꝫ et emat gladium. Et sequitur quod apostoli dixerunt ei: ecce duo gladij hic: ex quo videtur ꝙ duos gladios habebant. Petrus quoq̄ legitur Johannis. xviij. c. gladium habuisse: vbi dicitur ꝙ Petrus habens gladium eduxit eū ⁊ percussit pōtificis seruum: cui dominus dixit mitte gladium tuuꝫ in vaginam. Si autē queratur de tēpore post mortē christi: videt̄ ad huc distinguēdum inter tēpus. ante missiōeꝫ spiritussancti nō legitur ꝙ quo ad premissa circa eos aliquid fuerit imutatū: sed ꝙ iuxta p̄ceptuꝫ domini nostri dicentꝭ Luce vltimo: vos autē sedete i ciuitate quousq̄ induamini virtute. ex alto expectauerūt in ciuitate aduētū spūs sancti. Si autē queratur de tēpore post missionē spūssācti. videtur ad huc distīguendum inter illos qui ex iudeis conuersi sunt in primitiuaꝫ ecclesiaꝫ hierosolymā: ⁊ inter gentiles quo ad ꝯuersos Ex iudeis videtur ꝙ apostoli ⁊ discipuli christi ex vna parte: ⁊ illi qui post ea ad predicationem Petri et miracula fuerunt conuersi: omnia que habebant sibi inuicem cōmunicauerant. Item ꝙ nullus ipsorum proprium sibi retinuit: sed omnia fuerunt effecta cōmunia. Et intelligo ꝙ quo ad dominiū illa fuerunt cōmunicata vt probatur. Actuum. ij. c. et iiij. et sepius est ostensum. Et hereticus dicit ꝙ ista esse communia intelligit̄ de turba discipulorum: inter quos erāt omnia communia que habebant: nō de apostolis quia nichil habebant in temporalibus nec in proprio nec in communi: nisi tantū in rebus vbi ꝯsūptionē simplicē vsūfructū: dicim⁹ qꝺ hoc dicēdo ep̄s credētiū nūero euident̄ ꝯcludit. Dicitur enim actuum. ij. ꝙ omnes qui credebāt

erant pariter et habebant communia omnia. si ergo oibus credentibus erāt omnia communia: sequitur q̄ si apostolis non erant communia: q̄ apostoli credentes non erant: quod est falsum. ymo sicut ipsi inter credentes principaliores erant si ei omnis communio principalis existebat. vnde sicut principaliorib⁹ pecunie agrorum et domorum venditorum ante pedes apostolorum ponebantur vt legitur actuum. iiij. c. Et hoc expresse pbatur per epistolam clementis recitatam p parte. xij. q. j. c. dilectissimis: in qua beatus clemēs scribens discipulis ierosolimis habitantibus cum beato iacobo iherosolimitano epo dicit. si dicunt apostoli eorū q̄ discipuli vna nobiscum et vobiscum communem vitam duxerunt (vt enim nostis) erat multitudo eorum cor vnum et anima vna: nec quisq̄ eorum aute nostrum de hijs que possidebat aliquid suum esse dicebat: sed omnia nobis erant communia. hoc satis clare notatur q̄ apostoli et eorum discipuli illa que habebāt cōmunicauerūt iudeis in iherusalem cōuersis et econtra. Unde Hiero. ibi talē fuisse ecclesiam credentiū primo i christum: qualem nunc monachi etiam imitantur et cupiūt: vt nunq̄ sit eis propriū nullus inter eos diues: nullus pauper. Patrimoniū diuidatis: orationi vacetis et psalmis doctrine continue insistat Lucas manifeste refert cum dicit: quotquot erant possessores agrorum aut domorum &c. Et expresse quoq̄ innuit et supponit q̄ ante illam communionem habere poterāt apostoli et discipuli eorum aliqua in proprio seu in communi. Quātū autem ad conuersos ex gētibus seu gētilibus: non videtur q̄ ipsi sibi inuicem communicauerint sua: ymo videtur q̄ ipsi retinuerint sibi propria sicut prius. vt probatur de corinth. ad corint. j. c. fi. in pricipio: vbi dicit sic. de collectis aūt q̄ fuerūt michi sicut ordinaui i ecclesijs galacie: ita et vos facite per vnā sabbati vnusquisq̄ vestrum apud se reponat ac recondat que placuerit sibi. Item ad philipens. iiij. c. apostolus ad philipēs. sic dicit: satis autem et vos philipens. quod in principio euangelij quādo perfectus sum a macedonia ratione dati et accepti nulla mihi communicat ecclia nūc vos soli quia thessalis semel et bis et in vsum misistis michi. Et sequitur repleti sumus acceptis ab opccdo quam misistis in odorē suauitatis. Itē actuū xj. c. legitur q̄ cum athabus propheta in atrotrahia in presētia barnabe et sauli significasset per spm famē magnam futuram in vniuerso orbe terrarum: discipuli prout quilibet habebat proposuerunt singuli ministerium mittere habitātibus in iudea fratribus. quod et fecerūt: mittentes seniores p manus barnabe et sauli et hoc est quod augustinus in libro de doctrina christiana dicit expresse sic dicens. tam capaces existerūt spiritussancti qui primo ex iudeis crediderunt ex quibus facta est prima ecclesia ierosonimae t. vt omnia sua vēderent eorumq̄ precium indigentibus distribuendum ante apostolorum pedes ponerent: seq̄ totos dedicauerūt deo. tamen quod templum nouum in orationibus et fractione panis spiritualis et corporalis qui prius veteri templo seruiebant q̄ nullus ecclesias gentium fecisse scriptum est. quia non tam prope erant qui simulantur manu facta deo habebāt. Et quo intelligimus magnā vtilitatem fuisse iudeis sub lege tanq̄ sub pedagogo constitutos vt signum quo temporaliter eis carnaliter seruiētibus erant impositi vnius dei cultus qui fecit celum et terram opinionem obseruantium religarent.

¶ Miles. cccv. ca.

Rursum luce clarius ostenditur q̄ potestas spiritualis supreme et laycalis suprema ex natura rei simul in eadem esse nō possunt: sed potestas spiritualis suprema et laycalis suprema ex opposito distinguntur. nam vna cōcernit temporalia et alia spiritualis que

ex opposito distinguntur. igitur ⁊c.

¶ Clericus.cccvj.ca.


Unc illa que sunt diuersi generis vel q̃ ex opposito distinguntur et tamen cadunt in eundem hominez: sic suo modo potest cõcludi de potestate spirituali et temporali: ⁊ si diuerse sunt ⁊ ex opposito distinguã tur: tamen non repugnat quin in eodez subiecto possint stare scđm quod superius et plenius fuit tactum.

¶ Miles.cccvij.ca.


Mplius potestates ille que duo capita diuersorum corporum constituunt: s. mulin eodem esse nõ possunt: sicut nec idẽ homo potest simul esse duo corpora diuersorum. ¶ Potestas autem spiritualis suprema: ⁊ laycalis suprema constituũt duo capita corporum diuersoruz scz imperatorem vel regẽ ⁊ papã q̃ sunt duo capita diuersoꝝ corporum scz clericorum et laicorũ que distincta debent esse.

¶ Clericus.ccc.viij.ca.


Uamuis sint duo genera hominuz / clerici / ⁊ layci: tamen vnũ corpus sunt. iuxta illđ apostoli ad ro. xij. c. omnes vnuz corpus sumus in christo: licet debeant esse distincti clerici ⁊ layci propter multitudinez christianorum que nũc est per dei gratiam. tamen putant quidam q̃ non esset possibile clericos vel laycos auerti a fide: et solum modo remanent vnum genus eorum secundum quod posset ex natura rei idem homo habere tam potestatem spiritualem q̃ laycalem.

¶ Miles.ccc.ix.ca.

R Ursus ex natura rei suprema potestate ac idẽ respectu eiusdem nõ potest esse pater ⁊ filius fungens in potestate laycali suprema est filius ecclesie si est fidelis vt dicitur. xcvij. di. c. si imperator. Si autẽ est infidelis neq̃ filius est ecclesie: neq̃ pater summus põtifex pater ⁊ vniuersalis ecclesie. ergo iste due potestates nõ possunt cadere in eundẽ.

¶ Clericus.cccx.ca.


Espõdetur q̃ imperator vel rex non debet esse summus prelatus spiritualis. ideo: quia est fidelis vel filius ecclesie. sed hoc nõ est ex natura potestatis quã habet. Et ideo dictum est ex natura potestatis: illius supreme posset esse pater ⁊ nõ filius ecclesie. decretum autez loquitur: scđm modum qui seruari debet circa imperatorem: non qui cõuenit ex natura rei.

¶ Miles.cccxj.ca.


Lterius idem homo non est sibi ipsi subiectus nec esse põtest: sz ex natura rei imperator vel rex fungens potestate laycali est subiectus ⁊ inferior papa: cũ etiam episcopo inferiori pape submittat caput. lxxiij. dist. c. valentinianus. ergo iste potestates non possunt cadere in eundem: scz romanum pontificem. quia sic esset sibi ipsi subiectus.

¶ Clericus.cccxij.ca.

N Am est subiectus pape ex natura illius potestatis: sz qui habet potestatem illam laycalem debet carere potestate spirituali suprema quam hz romanus pontifex. Et ideo de facto in spiritualibus minor est romano pontifice: non ex natura potestatis. ¶ Potestas igitur suprema spiritualis ⁊ potestas laycalis suprema cadunt in eundẽ hominem scz in romanuz pontificem: non quod idem homo sit summus põtifex scz papa et laycus scđm quod idẽ homo pollet potestate spirituali suprema: ⁊ tanta potestate vel maiori respectu secularium tam rerum q̃ personaꝝ quantam imperator rex vel quicunq̃ laycus habere potest: hoc videtur dicere illi q̃ ponũt q̃ papa hz in spiritualibus ⁊ temporalibus talẽ plenitudinẽ potestatis vt oĩa possit q̃ nõ sunt expresse contra legẽ diui-

nā nec cōtra ius naturale: licet fuerint contra ius gentiū: ciuile/ et canonicum/ quod licet interdum ipsa faciendo vel vnicendo quecunque ex natura rei indifferētia sunt et non sunt ex natura rei cōtra legem dei quam tenēt christiani i noua lege nec in lege nature peccaret vel propter intentionem corruptam vel propter ignorantiam affectatam vel crassam et supinam vel ex quacunque alia causa. cū ista que de facto tenerent essent ab aliis adimplenda: multa enim fieri non debēt ymo absque peccato fieri nequaquam possūt tamen facta tenent. Quāuis igitur nō debeat se de tēporalibus intromittere sine causa: si de facto se intromittat: facta per eum tenēt et valēt. Fuit tamen quorundem opinio quod de facto iste due potestates non cadunt in eundem hominē nec cadere debent. Non ex eo quod sit ex natura rei ex opposito distinguant quomodo formaliter et simul possint cadere i eūdem: nā oīs potestas spiritualis q̄ cōpetit fungenti potestate spirituali aut cōpetit sibi ratione ordinis aut ratione administrationis: sed res potestatis laycalis nec ordinis nec administrationis repugnat. ergo cōstum est ex natura simul cadere possunt in eundem in quem cadit potestas spiritualis suprema. quod enim ordini non repugnet: patet. nam potestas laycalis suprema nō videtur ex rei natura maiorem repugnantiam habere ad ordinē sacerdotalē vel quēcunque alium quod non suprema: sed potestas laycalis non suprema cōstum est ex natura rei nullam repugnantiam habet ad quemcunque ordinem. Alioquin si aliquis rex vel aliquis dominus laycus fieret sacerdos vel episcopus: aut papa ipso facto amitteret omnem potestatem temporalem quam habuisset super quācunque rem vel personā: quod videt absurdū. Item matrimonium ordini non repugnat. vnde in primitiua ecclesia sacerdotes et episcopi licite habuerunt vxores. ergo cōstum est ex natura rei potestas laycalis supreme cōstum ad regem potestati spirituali non repugnat: cum matrimonium ad actum carnalem magis distantem a spiritualibus q̄ potestas laycalis i temporalibus ordinetur. Sed habet hec opinio: quod iste due potestates nec cadunt nec cadere possunt seu debent in eundem hominē: quodquidem non accidit ex natura rei sed ex ordinatiōe rei et iure diuino quo cauetur ne idem homo presit secularibus negociis et diuinis: sed casualiter fungens potestate suprema ea que sunt potestatis laycalis supreme valeat exercere. c. licet extra de foro compe. vbi iudex ecclesiasticus supplet defectum et negligentiā potestatis laycalis. Et assignant tres rationes quare christus ordinauit istas duas potestates distinctas competere personis. ¶ Prima est ne si imperator vel pontifex haberet vtrāque potestatem per superbiam caderent et in infernum sicut multis contigit demergerētur: nam si omnes haberēt easdem officia superbirent: ita quod iterum demergerentur in infernum. ¶ Secūda ratio est: vt distincte persone distinctas potestates supremas habentes scilicet imperator vel pontifex se inuicem caritatiue debeat iuuare. ¶ Tertia ratio est ne militans deo se implicet secularibus negociis: sed istorum opinio vel ratio clericis non placet: quoniam nec ex ordinatione christi nec ex natura rei repugnat quod iste potestates in personas summi pōtificis simul valeāt concurrere.

¶ Miles. ccxxiii. ca

Rursus ad potestatem secularem supremam vel laycalem spectat armis intendere: et iudicium sanguinis excercere. teste apostolo ad romanos. xiii. c. Non sine causa gladium portat dei minister est. Hinc ciprianus ait vt habet. xxiii. q. v. c. rex att. Rex debet furta cohibere: et adulteria punire. homicidas et piuros nō sinere viuere Hic aug. contra manicheos. xxiii. q. i. c. quod culpatur dicit. quod belli suscipiendi auctoritas penes principes est et per cōsequens primo est

penes principem secularem supremus. Hinc Salomon puerb. xx. c. ait rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum in circuitu suo. et iterum dissipat impios rex sapiens. sed christus verbo et exemplo iudicium sanguinis suo vicario et prelatis alijs spiritualibus interdicit. Petro enim dicit Repone gladium tuum in vaginam. quod patet pluribus alijs rationibus supra plenius deductis. Ex quibus clare concluditur q potestas secularis non cadit in personam summi pontificis. Amplius dicere q papa talem habeat in spiritualib9 et temporalibus plenitudinem potestatis: vt vniuersa absq omniu exceptione possit: videtur cōtra ius diuinum: quod de necessitate salutis seruare tenetur quilibet fidelis christianus. Necnō cōtra ius naturale quod est indispensabile. hoc insuper repugnat iuri humano cano nico et ciuili ac etiam dictamini recte rationis. Hoc probatur sic. lex euāgelica est lex libertatis respectu mosayce legis. quod saltem necessarie debet intelligi: vt non sit tante seruitutis neq in temporalibus neq saltem in spiritualibus quo ad cerimonias et obseruantias exteriores quante fuerit lex mosayca: ita q q̄uis christiani quidam vel omnes per se vel alios ex causa de nouo emergente seruituti possunt subiugari tante vel maiori cum cōmunitas fideliū per legem euangelicam nequaq̄ tante seruituti tenetur: nec aliquis mortalis virtute euangelice legis presertim sine culpa: et absq causa manifesta et rationabili potest eam tante subdere seruituti: et si quicunq hoc attemptare p̄sumpserit: quod facit ipso etiam iure diuino nullum est. Sed si papa haberet talem plenitudinem potestatis a christo et euāgelica lege: lex euangelica esset intollerabilis seruitutis: et multo maioris q̄ lex mosayca. omnes enim essent p ipsa serui: ita q papa haberet tantam potestatem super omnes christianos: q̄tum vnq̄ habuit vel habere potuit quicūq dn̄s temporalis super seruos suos. Et papa posset quoscunq reges et alios dare et vendere: et quorūcunq subdere seruituti. posset et papa plures cerimonias et obseruantias exteriores imponere cōmunitati fidelium q̄ fuerint statute in veteri lege: et ita lex euangelica esset incomparabiliter maioris seruitutis q̄ lex mosayca: quod esset valde absurdum. ergo papa non habet talem plenitudinem potestatis. Q; autē lex euāgelica sit lex libertatis hoc testatur Jacobus in canonica sua. c. j. Et apostolus Paulus ad galatas. iij. c. et beatus Petrus et Jaco. actuum. ij. c. et Inno. iij. c. extra de regula. c. licet. Rursum q papa in temporalibus non habeat talem plenitudinem potestatis sacri canones testari videntur. Nam ille non habet in temporalibus talem plenitudinē potestatis cuius iurisdictiōi temporali alique terre sub sunt: et alique nō. pape autem quo ad iurisdictionē temporalem alique terre sunt subiecte: et nō omnes. extra de hereticis. c. vergētes ergo etc.

¶ Item contra illum qui habet talē plenitudinem in temporalibus potestatis non currit p̄scriptio. Contra papam autem quo ad temporalia currit p̄scriptio saltem sentenaria extra. de prescript. c. si diligenti. Preterea ille non habet in temporalibus saltem plenitudinem potestatis qui feuda et alia bona temporalia ecclesie romane p libito voluntatis non potest alienare: papa autē nō pōt alienare bona ecclesie romane. xij. q. ij. c. non liceat. ergo etc. ¶ Amplius hoc iure ciuili videtur posse ostendi. Nā si papa haberet talem plenitudinē potestatis imperiū et omnia regna mūdi essent a papa: quod videtur obuiare legibus cum dicatur imperium adeo in autentica quomodo opor. epi. in p̄ncipio colla. prima. Preterea hoc p̄batur euidenti ratione. Nā p̄ncipat9 papalis nō min9 respicit vtilitatē fideliū subditorū q̄ p̄ncipat9 secularis: sz scd'z aristotelē i politicis p̄ncipat9 sclar' tēpat9 iust9 et rectus

est institutus principaliter propter bonum cōmune subditorum: ergo multomagis principatus papalis est principaliter institutus a christo propter commune bonum cunctorum fideliuz. Sz si papa haberet talem plenitudinē potestatis principatus in suis: nō esset propter bonum commune: sed propter proprium commodum ipsius. tum quia per talem principatum magis esset prouisum pape q̄ subditis: et esset magis dicēdus mercenarius qui querit propriū lucrum: q̄ pastor: tum. quia talis principatus esset periculosus subditis: quia si papa haberet talem plenitudinē potestatis: ipse omnes christianos extra casum necessitatis vniuersis rebus et libertatibus spoliaret: ac laboribus seruitutibus et oneribus immensis subiceret. et si talem haberent potestatem nō liceret eis pape resistere: sed tenerētur de necessitate salutis parere. quod absonum videtur: et in eis satis periculosū. ergo papa non habet talem plenitudinez potestatis. ¶ Preterea plenitudo potestatis totalis est in omnibus supremis pontificibus: illa videlicet quā habuit a christo ratione papatus: sed aliqui fuerunt supremi pontifices et adhuc possunt esse: qui non erāt capaces huiꝰ plenitudinis potestatis: puta monachi et alij religiosi de religionibꝰ perfecti assumpti. et sic religiosi tales non sunt capaces proprietatis et dominij: neq̄ temporalium rerum: neq̄ personaruz: cum per votum paupertatis a quo absolui non possunt extra de statu monachorum. c. cum ad monasterium talem proprietatem abdicauerunt: que cum in tali plenitudine predicta potestatis necessario includitur: ergo nullus papa ex potestate sibi cōcessa a christo habet huius plenitudinem potestatis. ¶ Sz forte diceret aliquis q̄ monachus vel alius religiosus ad papatuz assumptꝰ: est simpliciter absolutus a voto paupertatis. quod videtur taliter posse probari. ita necessario annexum est religioni perfecte votum obedientie sicut votū paupertatis. sed religiosus ad papatum assumptus est simpliciter absolutus a voto obedientie: nec plus tenetur prelato suo q̄ si semper fuisset secularis: ergo est etiam absolutus ab abdicatione proprietatis et voto. Sed certe q̄tum ad veritatem videtur q̄ religiosus assumptus ad papatum nō sit simpliciter absolutꝰ: nec est ita liber sicut si sēp fuisset secularis: tū. quia licet tēpore papatus sui non teneatur obedire prelatis ordinis sui: tamē tenetur regule quā vouit. ergo ad substancialia et illa que nō impediunt officiuz ad quod est assumptꝰ. quia esto q̄ totum votum obediētie nō respicit proprie illa que p̄cipiuntur soluto et precipi possunt a prelatis: tamē religiosus factus papa: non est ita liber a prelatis ordinis eiusdē: sicut si fuisset semp secularis. quare si talis papa efficeretur hereticus: vel pro alio crimine in quo appareret incorrigibilis et scandalizaretur ecclesia deponeretur p sententiam: vl' sponte renūciaret papatui: ipso facto et iure efficeretur de obediētia prelatorum ordinis sui. Et ita papa talis: quia nō potest effici non papa: non est ita liber ab obedientia prelatoꝝ ordinis sui: sicut si nunq̄ fuisset religiosus. et iō nō ē simpliciter a voto obedientie absolutus. quare absq̄ nouo voto potest et tenetur ad obedientiā p̄latoruz reuerti. nec mirū q: vnaqueq̄ res de facili ad propriam reuertitur naturā. c. ab exordio. xxxv. dist. cum igitur votum paupertatis sit de substātia religionis: et excercitium pontificalis officij nequaq̄ impediat: tenendum videtur q̄ talis religiosus ad papatum assumptus proprietatem habere non possit: presertim extra casum necessitatis.

¶ Rursum nec christus per illa verba quodcunq̄ ligaueris et c. dedit vel promisit petro talem plenitudinez potestatis. talis enī potestas nec pape nec subditis expediret: sed periculosa esset pape: quia videns se talem habere pote-

tate superbiret ut superius alias fuit tactum. periculosa subditis: quia cum meter fideles sint multi naturaliter debiles et infirmi: plerique sunt qui onera que eis absque culpa sua et sine causa papa posset eis imponere: absque maxima difficultate sufferre non possent. quare tale iugum eis nimis onerosum existeret: et timendum esset ne ante iugum obedientie omnino abicerent: quam talia onera sustinerent. Cum igitur christus non dedit pape aliquam potestatem sibi periculosam vel subditis: ergo nunquam talem sibi contulit plenitudinem potestatis. per illa ergo verba sibi solum contulit potestatem respectu peccatorum: secundum quod in superioribus plenius fuit dictum. papa ergo nulla potestate sibi data a christo potest tollere iura et libertates imperatorum et regum et aliorum quorumcunque clericorum et laycorum ipsis inuitis sine culpa et absque causa extra casum necessitatis: vel utilitatis que valeat parificari necessitati: dum modo libertates et iura non sint contra legem diuinam: ad quam christiani tenentur. Quia si essent contra illam que in veteri testamento continetur ad quam christiani minime tenentur vel obligantur: nec contra ius naturale: presertim si sint consone iuri diuino/nature/vel gentium.

¶ Insuper nec habet papa secundum aliquos potestatem infligendi penam corporalem pro aliquo scelere: nisi quando hoc conuenit et expedit communi utilitati fidelium saluo iure dominorum et principum temporalium negligenter et damnabiliter non exercentium potestatem: quia si alii iudices ad quos spectat dampnare reos parati sunt facere iusticie complementum: papa de eorum subditis puniendis in preiudicium ipsorum nullatenus habet potestatem sibi collatam a christo. si etiam subditi vel etiam quicunque in sublimitate constituti nequaquam suis iuribus aut libertatibus abutuntur: papa eos extra casus necessitatis priuare non debet. itaque secundum istos habet papa plenitudinem potestatis quando ista potestas nec bono communi nec proprio preiudicat.

¶ Dicit enim christus reddite omnibus debita: cui tributum: tributum. cui vectigal: vectigal. Si ergo debita sint reddenda: ergo libertates et iura sine culpa et absque causa alicui tolli non possunt. ¶ Sed de hys omnibus allegatis supersedeo: et ad istud respondeatis. Quantum ad omnimodam abdicationem proprietatis et dominii rerum temporalium fuerunt apostoli ad statum primi hominis reuocati: sed primus homo et posteri si stetisset in originali iusticia habuissent usum rerum usu consumptibilium: siue proprietatem et dominium earumdem secundum beatum clementem. Ad quod probandum, potest induci. c. dilectissimi. xii. q. i. Quare dicere romanum pontificem habere dominium aliquod in temporalibus: vite repugnat apostolorum. quam summe tenetur ymitari romanus pontifex.

¶ Clericus. cccxiiii. ca.



Certe quod allegatis miles reuerende quod primi parentes in statu innocentie nullum habuerunt dominium: sed tantum simplicem usumfructum: contradicit scripture. genesis. i. c. dicit: ubi dixit dominus primis parentibus crescite et multiplicamini et replete terram et subicite eam. alia littera loco eius quod supra dicitur et subicite eam et dominamini ei: et illud sequitur Augustinus in libro super genesis ad litteram et in libro de ciuitate dei xiiii. c. et. xxi. Et sequitur et dominamini piscibus maris et volatilibus celi et vniuersis animantibus que mouentur super terram. Ex quibus euidenter apparet primos parentes (post benedictionem illam crescite et muliplicamini et dominamini piscibus maris et volatili

bus celi et vniuersis animantibus que mouentur super terram; dominium in statu innocentie habuisse. Et si queratur vtrum dominium illud proprium fuerit vel commune: videtur dicendum quod tempore illius benedictionis predicte solus adam formatus erat: et nondum eua sicut ordo scripture sacre euidenter innuit. cum illa benedictio fuerit data extra paradisum existenti: eua vero formata fuit in paradiso adam in paradisum translato. vt patet genesis.i.c. Videtur enim quod ante formationem eue dominium temporalium ade proprium fuerit non commune. Commune enim esse non potuit cum solus tempore illo fuerit: et respectu vnius qui nunquam alios socios habuit nihil commune dici possit. Et hoc videtur expresse dici ecclesiastici.xvii.c. vbi dicitur sic. Deus creauit hominem de terra: et secundum ymaginem suam fecit illum. Et sequitur dedit ei potestatem eorum que sunt super terram: et posuit timorem illius super omnem carnem: et dominatus est bestiis et volatilibus. Ex quibus patet quod solus dominatus fuit ex quo sequitur ipsum solum pro illo tempore dominium habuisse. Et secundum dyonisium in libro de diuinis nominibus.c.xii. a dominio dicitur dominus dominans et dominator. Unde cum de solo adam dicatur quod dominatus est bestiis et volatilibus: constat quod dominium fuit ipsius proprium; et non commune. sequitur creauit ex ipso adiutorium sibi simile scilicet euam et tunc fuit dominium inter eos commune. Nec obstat c. dilectissimi. §. in contrarium allegatum: per illud enim concludi non potest quod primi parentes dominium temporalium non habuerunt. sed quod illud non habuerunt diuisim: ymo ex auctoritate philosophi quam beatus clemens in eodem capitulo adducit: concluditur euidenter ipsos habuisse dominium in communi. Philosophus enim dicit quod sicut non potest diuidi aer neque splendor solis: ita neque aliqua que communiter data sunt ad habendum: diuidi debent. Ex quibus verbis clare patet per philosophum ista temporalia data fuisse communiter omnibus ad habendum. Et si data fuerunt ab illo qui dare potuit: vt pote a deo et quod capax fuit sicut homo: sequitur quod eorum dominium factum fuit. nec philosophus inducit comparationem aeris et splendoris: solis ad temporalia respectu dominii: vt sicut non habebant dominium aeris et splendoris solis sic nec haberent dominium tempmporalium rerum. Sed super respectu indiuisionis tantum illam comparationem inducit. sic enim dicit et sicut non potest diuidi aer: neque splendor: et ita nec reliqua que communiter data sunt hominibus ad habendum diuidi debent: sed communia sunt habenda. Porro est aliud dominium ciuile vel humanum: per quod contenditur et in iudicio litigatur. viii. distin. c. quo iure. vbi dicitur quod iure humano hec villa mea est: hic seruus meus est: hec domus mea est. facit preallegatum. c. dilectissimis. vbi dicitur. sicut communis vsus omnium que sunt in hoc mundo: omnibus hominibus communia esse debent: sed per iniquitatem alius dicit hoc esse suum: et alius illud. et sic inter mortales facta est diuisio id est modus agendi: et formule sunt iure positiuo introducte. iure enim diuino non humano fuerunt rerum dominia secundum quod alias fuit tactum primitus introducta. ius enim diuinum est quod in scripturis diuinis habemus: humanum ius quod habemus in legibus regum. In scripturis autem habemus diuinis quod antequam reges regum ymo etiam antequam leges essent res alique alicuius erant: ergo iure diuino aliquis dicere poterat aliquid suum esse. maior patet per. c. quo iure preallegato. minor autem probatur etiam in innocentie statu. dicitur enim quod adam in statu innocentie antequam eua formaretur solus dominium habuit rerum temporalium. Cum enim

dominium cum solus esset p illo tempore habere nō potuit. Cum cōmunio plures requirere dignoscatur. Ad idē q adam sfuerit facit spientie.ix.c. vbi di sic. deus patrum nostrorum et diuine misericordie oia bona q̄ fecisti verbo tuo et sapientia tua constituisti hominem: vt dominaretur creature tue que a te facta est et c. ¶ Item q post lapsum primorum parentum ante diluuium et ante q̄ essent reges potuit aliquis dicere hoc est meum. Probatur genesis. iij.c. vbi deus ad adam dixit i sudore vultus tui vesceris pane tuo. ergo patet q adam tunc potuit dicere panem suum. Et tamen tunc non erant reges: imo nec homines alij nisi soli primi parentes. De abel quoq qui fuit secūdogenit⁹ pmoꝝ parentum dicitur Gene.iiij.c. q abel obtulit de pmogenitis gregis sui. Ex quo patet q abel potuit dicere iste grex est meus. ¶ Item q post diluuium sine iure regum aliquis potuerit dicere suum patet: legitur enim Gene.ix.c. q Noe vineam plantauit et vinum ex ea produ- ductum bibit: puta q nullus sapiens negabit quin vinee dominus fuerit et etiā vini. Et tamen tunc non legimus regē aliquē extitisse. Item Gen. xij.c. dicit dominus ad Habraham existentem in terra Chanaam semini tuo dabo terrā hanc: quod fecit. Constat autem q illi de semine suo potuerunt dicere terra ista nostra est: et non per hoc q iura regum volunt: quia eā ex collatione dei habuerunt non regum. ¶ Item gene. xxvi. c. cum descendisset Isaac in geraris dicit dominus ei: tibi et semini tuo dabo vniuersas regiones has: quarum regionum ipse et semen eius non ex iure regum sed ex collatione dei habuerūt. ¶ Preterea numeri.xxi.c. dicit q vn⁹quisq quod in predicta terra rapuerat suum erat: quod non erat per iura regū cum ille populus israeliticus tunc aliquē regem non haberet: sed dux eius Moyses tantum esset. et trenoꝝ.xxxiij.c. dominus ad moysen dixit. precipe filijs israel: et dic ad eos quando transieritis iordanem intrantes terram Chanaam dispergite compertos habitatores illius: ego dedi vobis illam in possessionem quā diuidatis vobis sorte: qd fecerunt. vt legitur Josue.xiij.c. quilibz ergo illorum post diuisionem illius terre potuit illam que ad eum obuenit dicere suam esse: et hoc non iure regum: sed diuino: cum tunc temporis vt dictum est regibus non regeretur populus. Item trenorum.xxxv.c. dominus ad Moysē dixit. precipe filijs israel: vt dent leuitis de possessionibus suis vrbes ad habitādum: et suburbia per circuitum: et ipsi i vrbibus maneant: et suburbia sint p pecoribus: et iumentis. quod et fecerunt: vt legitur Josue.xxiij.c. Ex quibus patet q cum dominus pcepit filijs israel dare leuitis de possessionibus suis: q filij israel anteq̄ darent possessiones suas illas poterant dicere suas esse: et leuite ex quo fuerunt sibi date. Et hoc non p iura regum cum reges non haberēt: sz per ordinationem diuinam. Ex quibus omnibus patet q in scripturis sacris habemus: q aliquis et in statu innocentie et post lapsum primorum parentum et ante diluuium dicere potuit et sine iure regum aliquid esse suum. et q iure diuino sint dominia aliqua. pbat. xxiij.q. ix.c.s. Adhuc et q nullo iure humano: sz solum diuino dominiū rerum temporalium potuerit hominibus dari: patet constat enim q rem aliquā aliquis dare non pōt: nisi cuius est vel alius eius volūtate. nec dubium quin deus omniū temporalium vel iure creationis: quia illa de nichilo creauerat vel iure factionis: quia de sua materia illa fecerat: dominus esset. ergo nullus rex de illorū dominio nisi de voluntate dei potuit ordinare. vnde patet q neq iure naturali primeuo si ponatur de illo iure quod omnibus animātibus est commune: tamen illud ius nihil statuit: sed inclinat seu dirigit ad aliqua: puta omnibus animātibus coitum facientibus: nec iure

gētium nec iure regū seu imperatorum fuit dominium rerum temporalium introductum: sed per deum qui est et erat earum rerum dominus. fuit collatum p̄mis parentibus vt patet. Gene.c. quarum rerum adam q̄diu solus erat fuit (i. antēq̄ eua formaretur solus vt videt erat) dominus vt superius est ostensum Uerum est tamen q̄ de iure gētium et ciuili multimodi sunt acquirendi domínium. Et non nulla per iura ciuilia seu temporalia fuerāt introducta. Itē modus agendi pro rebus istis temporalib9 in iudicio: et forma circa proponēdi ius suum in iudicio fuit p iura ciuilia introduct9. Ex predictis itaq; patet q̄ nō obobstat. c. quo iure in contrarium allegatum: quod loquitur de iure agendi in iudicio: cuius formulas ciuile ius et non aliud itroduxit. Et hoc voluit dicere augustinus in illo. c. quo iure quādo dicit tolle iura imperatorum. Et quis audet dicere hec villa est mea: meus est iste seruus: mea est hec dom9. quasi dicat nullus potest in iudicio proponere hoc nisi per imperatorem: seu imperatoruz iura quod ius actionum formulas introduxit. Uel potest dici q̄ hoc dicebat augustinus cum hereticis disputando: non q̄ hoc pro veritate teneret: scz q̄ dominiū de iure diuino non esset. et q̄ ita sit patz quis. xxiij. q. vij. c. i. Idem ipse augustinus contrarium dixit expresse: vbi sic dicit: q̄uis res quecunq; teneretur nō rite a quocūq; possideri posset. nisi vel iure diuino quo cuncta iustorum sunt: vel iure humano quod in potestate est regū t terre rc̄. Item non obstat. xij. q. j. c. dilectissimus vbi dicit sic. cōmunis vsus omniū que sunt in hoc mundo communis omnibus esse debuit: sed per iniquitatem alius dicit hoc esse suum alius istud. Et sic inter mortales facta est diuisio. Et hoc dicunt aliqui q̄ diuisio tēporaliū est facta per ius humanum: qđ dicitur iniquū t contra equitatem iuris naturalis: dicimus q̄ hoc est falsum: q2 per iniquitatem non intelligitur ius gētium: cum sit equū: sed intelligitur peccatum primorum parentum: per quod natura corrupta fuit: t post non fuit cōtracta cōmunibus: sed sibi, propria voluit possideri.

¶ Miles. cccxv. cap.



An plus quo iure in criminibus ecclesiasticis potest episcopus laycum punire vel capere: t videt q̄ solum per ecclesiasticam censuram possit eum coh ercere. extra de foro com pe. c. cum laycus. lib. vi. t arg. extra. de offi. ordi. c. cum episcopus eo. libro. vbi licet dicat generaliter q̄ episcopus de causis ad forum ecclesiasticum spectantibus in quolibet loco sui episcopatus possit cognoscere: tamē quando loquit de captione statim restrigit ad clericos idem videtur sentire extra de penis. c. q̄uis lib. vi. Et hoc idem videtur de iure ciuili vbi dicitur q̄ non potest cognoscere sine preside. in auctentica de man. pnc. §. si vero canonicum coll. iij. p hoc videtur facere. C. de sacrosanct. eccle. l. placet vbi iudex ecclesiasticus secularem excōmunicat. Ex quibus videtur q̄ iudex ecclesiasticus solum possit cohercere laycū per censurā ecclesiasticā.

¶ Clericus. cccxvi. cap.



In contrarium est ipsa veritas. Nam ratione delicti factus est de foro ecclesie. C. de epi. t cle. auctentica nulla cōmunitas. t ibi notatur extra. de foro compe. c. cum sit generale. Ad episcopum ergo spectat laycum siue clericum non solum corrigere: sed punire: dum tamen ad hoc vocet brachium seculare. extra de officio ordinarij. c. j. t ibi per glosam t per Innocē. videtur etiam textus. C. de epi. t cle. auctentica causa que fit cum monacho. t nomine censure ecclesiastice: excōmunicatio interdictum t suspentio continetur extra. de verbo. signifi. c. querenti

que tendunt ad correctionem non ad penam. vt ibi notat Jo. andree. Et hoc patet in heresi quod est crimen ecclesiasticum: et facit extra de penis. c. felicis. lib. vi. ¶ Ex pmissis igitur concluditur q ad episcopum spectat captio et punitio in criminibus ecclesiasticis: vt pote in crimine heresis: vel si quis sit nigromanticus: vel demones inuocet. Preterea inter ceteros defectus excessus et crimina quos sepissime: seu q comittunt reges et pncipes et ceteri domini temporales: non nunq phitones consulunt: astrologis infallibiliter credunt: somnis curant sortilegia: et innumerabiles obseruationes seu obseruantias supersticiosas contra dei pcepta custodiunt et obseruant. Circa quod quero primo.

Utrum diuinare sit peccatum: respondeo q sic. vnde deutero. xxii. q. c. dicitur non sit qui phibitiones consulat neq diuinos. et. xxvi. q. v. dicit qui dnationes expetunt sub regulis quinquennii iacent scdm gradus penitentie diffinitos. Circa quod aduertendu q diuinator no dicitur si quis pnunciet ea que necessario vel vt in pluribus eueniunt que humana ratione pnosci possunt: sicut astrologi ex consideratione causarum pnunciant infallibiliter eclipses: et ex consideratione stellarum pnunciat coniecturaliter pluuias et siccitates. Et medici sanitatem et mortem: et ita euenit vt in pluribus. Et non videtur etiam diuinatio si quis aliqua futura contingentia deo reuelante cognoscat: tunc enim ipse no diuinat. id est quod diuinum est facit: sed magis quod diuinum est suscipit. tunc em videtur diuinare quando in debito modo sibi pnuciationem euentuu futurorum vsurpat: puta quado potest dei manifestam reuelationem pnunciare psumit aliqua futura cotingentia ad vtrulibet. vt sunt illa que dependent ex libero arbitrio: vel etiam contingentia: vt in paucioribus: vt sunt que per accidens cotingunt: siue in rebus humanis siue in rebus naturalibus sicut q lapide cadente fiat terre motus: et q homine fodiente thesaurus inueniatur. Prescire enim talia est solius dei. Unde ysa. xli. annunciate que futura sunt in futurum et sciemus quoniam dii estis. Unde ysidorus lib. ethimologiaru dt: q diuini dicti sunt quasi deo pleni deitate quasi se plenos simulant: et astutia quada hominibus coniecturant futura. vnde secundu Hieronymum super Math. diuinatio semper accipitur in malam partem: sed contra hoc posset obici q Augustinus dicit de libero arbitrio quis audet dicere aliquam disciplinam esse mala: sed alique artes sunt diuinatiue. vt patet per phm in libro de memoria. ergo videtur q diuinatio non sit peccatum. Respondeo q alique artes sunt ad pnoscendum futuros euentus qui ex necessitate vel frequenter pueniunt que non pertinent ad diuinationem. sunt alie artes ad cognoscendum futuros euentus qui ex necessitate vel frequenter eueniunt vel no frequenter eueniunt. nec ex necessitate et tales artes sunt fallaces: et ex deceptione demonis introducte. vt ait Augu. xxi. de ciuitate dei. ¶ Preterea sciendu q omnis diuinatio vtitur ad pcognitionem euentus futuri aliquo demonum consilio et auxilio: quodquidem expresse quandoq imploratur: quandoq autem preter hominis petitionem se demon ingerit occulte vanis inquisitionibus futurorum. vt mentes hominu implicet falsitati aut vanitati. Et est vna inquisitio futurorum cum quis futura pnoscere temptat. Unde prenosci non possunt. demones autem expresse inuocati solent futura pnunciare multipliciter quadoq quibusdam psagiis apparitionibus seu aspectui et auditui hominum ingerentes et ad pnunciandum futura. Et hec spes dicit psagium ex eo q oculi hominu pstringuntur: quandoq per somnia: et hec dicitur diuinatio somniorum: quadoq per mortuorum aliquorum apparitionem. Et hec dicitur nigromantia et dicit a nigros grece quod e mors

latine ꝛ mātia vero diuinatio: quia quibusdam precātationibus adhibito sanguine videntur resuscitari mortui: ꝛ diuinare: et ad interrogata respondere. quandoqꝫ enim prenunciant futura p homines viuos. vt patet in arepticis. Et hec vocatur diuinatio phitonica: qꝛ scilicet fit per phitones qui sic dicti sunt vt dicit hystoria: a phiton apoline qui dicitur actor fuisse diuinandi. quandoqꝫ per aliquas figuras vel signa que apparent in rebus inanimatis: que quidem si appareant in aliquo corpore terre in igne vel in ferro vel lapide polito: dicitur geomātia a geos quod est terra: si autem in aqua dicitur hydromātia ab ydros quod est aqua. Si in aere aeromantia. Si in igne pyromantia a pir quod est ignis. Si autem in visceribus animaliū immolatorum in aris demonum dicitur aruspicium quasi inspectio in aris. Diuinatio vero que fit sine expressa demonum inuocatione diuiditur in duo genera. quorum primum est quādo prenoscendum aliquid in dispositionibus aliarum rerum. Et si quidam aliquis nitatur prenoscere futura ex consideratiōe ꝛ motu siderum hoc pertinet ad astrologos. Si vero ex consideratione dierum vel horarum vel aurarū: etiā dicuntur aruspices qui scꝫ dies ꝛ horas in negocijs ꝛ operibus agendis obseruant. Notandum tamen ꝙ obseruare tempus quandoqꝫ est infidelitatis: vt in hijs que pure dependent a libero arbitrio. Quandoqꝫ necessitatis ꝑpter pceptum: vt in nuptijs celebrandis. quandoqꝫ sagacitatis. vt in hijs que causam habent naturalem. Ut in potionibus munitionibus ꝛ similibus. Si vero per motus vel voces auium vel naturaliū animalium quorūcūqꝫ siue per sternutationes hominū vel saltus membrorum hec pertinent generaliter ad augurium qḋ sic dicitur quasi augeriū a gestu vel garritu auiū sicut aruspiciū ab inspectione auiū quorū primū ꝑtinet ad aures: secundum ad oculos. in quibus em̄ hmōi pcipue solent ꝯsiderari. Si vero hmōi cōsideratio fiat circa verba hoim alia intētione dicta ꝙ q̄s torquet ad futura q̄ vult cognoscere dicit̄ omen. Si vero considerent̄ alique dispositiones figurarum in aliquibus corporibus visui occurrentes: erit alia spēs diuinationis. Nā ex lineamentis manus considerātes diuinatio sumpta: dr̄ ciromātia. ciros em̄ grece dicit̄ manus latine. ¶ Ad scōm aūt genus diuinationis qḋ est sine expssa demonū inuocatione pertinet diuinatio: q̄ fit ex cōsideratione eoꝝ q̄ eueniūt ex quibusdā q̄ seriose fiunt ab hominibus ad cognoscendū seu inq̄rendū aliquod occultum siue p considerationem punctoꝝ: quod pertinet ad artē nigromantie siue ex consideratione figurarū q̄ veniūt ex plumbo liquefacto in aqua piecto: siue ex quibusdam cedulis scriptis vel non scriptis in occulto appositis: dum consideratur si quisqꝫ accipiat vel etiam ex festucis inequalibꝰ ꝑpositis quis maiorem vel minorē accipiat vel etiam ex taxillorum piectione quis plura puncta proiciat: que oīa sortium nomen habent. vnde nomine sortilegiū continētur. Sic igitur patet triplex esse genus diuinationis quorum primuꝫ est per manifestam demonum inuocationem. secundum per solam considerationem dispositionis vel motus alicuius rei. Tertium est dum facimus aliquid vt nobis manifestetur aliquid occultum. ¶ Primum pertinet ad nigromanticos. ¶ Secundum ad augures. Tertiū ad sortilegos. ¶ Sub quolibet autem horū multa continentur. vt patet ex dictis. ¶ Oēs autē modos predictos ponit Augustinus. vt habet̄. xxvi. q. iiij. c. igitur genus. ꝛ. q. v. c. Nec mirum. c. episcopi. ꝛ. q. vij. c. non obseruetis. ¶ Miles. ccc. xvij. cap.



Contra supradicta obicit̄ multipliciter. anime enim sanctorum nō satisfaciūt illicite interrogationi: sꝫ sauli interrogāti de euētu futuri belli p mulierem

phitonissam samuel apparuit: z futurum bellum predixit. ergo diuinatio que fit per inuocationem demonum non est peccatum. ¶ Preterea aues aliquos futuros euentus naturaliter cognoscunt. secundum id Iere. viii. c. miluus in celo cognouit tempus suum: sed naturalis cognitio est infallibilis: z a deo. Ergo vti cognitione auium ad prenoscenda futura (quod augurari dicitur) non est illicitum. ¶ Preterea gedeon ponitur in numero sanctorum. vt ponitur ad Hebre. xi. c. qui tamen vsus fuit omine: z ex hoc quod audiuit interpretationem cuiusdam somnii. vt legitur Iudicum. vii. c. z similiter Eliezer seruus Abrahe: vt legitur Genes. xxiiii. c. ergo videtur quod talis diuinatio non sit illicita.

¶ Clericus. cccxviii. Capi.

Respondeo ad primum quod sicut Augustinus dicit ad Siplicianum: non absurdum est credere aliqua ex dispositione diuina esse permissa. non dominante arte magica vel potentia: sed ex dispositione oculta que phitonissam z Saulem latebat. ¶ Ad secundum est dicendum quod illa scriptura loquitur de cognitione auium respectu eorum que pertinent ad eas: z ad hoc carum motus z voces considerare non est illicitum: puta ex hoc quod cornix crocitat pluuiam esse futuram indicat. ¶ Ad tertium dicitur quod gedeon obseruauit recitationem z expositionem somnii accipiens eam pro omine quasi ordinata ad sui instructionem a diuina prudentia. z similiter Aliezer attendit verba puelle: oratione ad deum premissa. ¶ Ad hoc est notandum quod in noua lege mens hominis arcetur a temporalium sollicitudine. Et ideo in noua lege non est aliquid institutum ad precognitionem futurorum euentuum: z de temporalibus rebus. in veteri antem lege que promittebat terrena erant consultationes de futuris: vnde dicitur ysa. viii. c. cum dixerint ad vos querite a phitonibus et diuinis qui studet in incantationibus: subdit quasi rationem: nunquid non populus requiret a deo suo visionem pro viuis z mortuis? fuerunt tamen etiam in noua lege aliqui prophete spiritus prophetie habentes qui multa de futuris euentibus predixerunt.

Miles. cccxix. Capi.

Sed nunc reuerende clerice quero: vtrum secundum aliquam scripturam diuinam seu humanam demones habeant aliquam cognitionem futurorum?

¶ Clericus. cccxx. Capi.

Futurorum triplex est genus. quedam enim futura habent determinatam causam z infallibilem: vt illa que attenduntur circa motum corporum superiorum: in quibus est determinatio z omnis impedimenti remotio. Et talia possunt certitudinaliter sciri: non solum a deo et in deo: sed etiam in creatura: z hoc in sua causa sicut tempus eclipsis z consimilium. Quedam habent causam determinatam: sed tamen fallibilem: vt illa que sunt secundum inferiorem naturam que ideo habent causam determinatam quia intentio nature mouetur determinate ad vnum. ideo vero fallibile: quia multiplex potest occurrere impedimentum: quia ager seminatus si terra pinguis est z bona dispositio superiorum corporum: afferet fructum pinguem. Et ista possunt quodammodo presciri: non tantum a deo: sed etiam a creatura que nouit naturas rerum superiorum z inferiorum: non tamen ita certitudinaliter sicut predicta. quedam habent causam indeterminatam z infallibilem: sicut ea que sunt a voluntate nostra que indeterminata est: propter hoc quod est ad opposita z fallibilis: etiam quia possunt volenti perficere occurrere multa impedimenta: z talia non possunt certitudinaliter sciri ab aliqua creatura in se ipso: sed solum a deo vel per reuelationem diuinam. vnde Daniel. lib. ii. c. iiii. Dicit quod futura neque angeli neque demones cognouerunt sed naturali cognitione: z loquitur de futuris contingentibus. ¶ Ratio autem huius est ista: quia cognitio creature pendet ex re: quando igitur res incerta est et in se z in sua causa: ideo creatura non potest illam certitudinaliter noscere aut prescire:

diuina autem cognitio nō pendet a re aliqua: imo omnia que nouit scđm modum veritatis nouit: et quia sua veritas est certissima cognoscit cōtingentia vt necessaria: et sicut certissime nouit ita potest certitudinaliter demonstrare et reuelare. ideo hec pcognitio futurorum vel dei est vel adeo: ideo cum talia futura pdicuntur dicit diuinatio: quia talis est actus diuinus. et quia dyaboli super hoc maxime conantur ostendere hoc in se habere: et in se dicere q demones per se ipsos futura cōtingentia psciant certitudinaliter: hoc est eis attribuere qđ dei est tō est ibi infidelitas et infidelitati frequēter annexa ydolatria: ideo diuinatio est prohibita: q̄uis autē demones non possint per se ipsos futura cōtingētia pscire certitudinaliter: tamen frequenter vera predicunt: quia euentum futurorum aliqualiter sciunt. sicut dicit Augustinus. in tertio super Genesis. aut enim sensus acrimonia aut multa experientia aut dolosa cautela. aut aliena doctrina: sensus acrimonia: vt quandoque vident diligenter et considerant ad quid inclinetur affectio nostra vel que sint inducentia vel retrahentia. Experientia temporum quia ex talibus vidit accidentalia. dolosa cautela quando pponit aliquid facere et predicit quasi aliꝰ sit facturus. doctrine aliena quando iusto dei iudicio permittitur ab angelis addiscere. Et sic patet q demones futura contingētia possunt aliqualiter psentire non tamen possunt certitudinaliter prescire. Et si obiciatur q astronomi vel mathematici p cursum astrorum pcognoscunt et dicunt multa futura: et videmus q in multis vera dicunt: sed maior est intelligentia in angelis. ergo etc. ¶ Respondeo q astronomi vel mathematici frequenter dicunt vera coniecturando vel secundum legem astrorum vel secundū dyaboli commertium. Secundū legem astrorum: vt quando stella dominatur que habet impressiones super diuersos humores disponit secundum hoc hominem ad diuersos mores et affectiones. Secundū dyaboli cōmertium: vt quando volunt vim astrorum vltra pretendere: ad id vltra qđ possunt tunc enim nisi dyabolus ad esset ita frequenter falsum dicerent sicut verum: tunc enim in toto auxilio demonum frequenter falsa predicunt et decipiunt: sed tanta est demonum astutia q ita sciunt occultare fraudem suam: vt ostendant errorem siue defectum fuisse in astronomo considerante non in arte vel dyabolo assistente. ¶ In hoc ergo stat ratio q astronomi de contingentibus habentibus causam fallibilem et indeterminatam non psciunt vera nisi ex coniectura: et dyabolus ex maiori coniectura illa psciunt non tamen certitudinaliter.

¶ Miles. cccxxi. cap.

Modo iuxta pmissa quero. vtrum demones psciant pluuias tonitura pruinas grandines et similia.

¶ Clericus. cccxxii. cap.

Quidā dicūt q licet demones per suam naturalem virtutem habeant futurorum talium valde probabilem coniecturā eo q eorum cause sunt naturales et determinate (vt in pluribus euenit) tamen quia pdicte cause sūt impedibiles: ideo hmōi futurorum certam precognitionem per suam naturalem virtutem habere non possunt. Et si dicatur eis q impedimētum quando venit per causam naturalem que de necessitate operatur naturaliter presciri potest. Dicunt q cursus cause impedientis aliquē effectum et causa que ex se erat nata perducere illū effectum: quandoque est per accidens: et a casu. et ita naturaliter presciri non potest. Unde talis concursus non habet aliquā naturalem causam proi sc. Pro hac etiam opinione videtur philosophꝰ vi. metaphisice reprobans illam opinionem que habet q omnia veniant de ne

cessitate. Si enim cōcursus causarum naturalium semper esset de necessitate omnes effectus naturales euenirēt de necessitate. quod phūs reputat falsum. alia vero opinio tenet cōtrarium: qꝛ natura de necessitate operatur. Et ideo omnes effectus naturales nisi impediātur per liberū arbitriū: vel angelicū: vel humanum de necessitate eueniūt. Preꝭ supposita influentia naturali que necessaria est ad ꝯseruationē nostre creature ꝛ ipsius operationem. Unde si natura disponit nubē ad pluuiā: de necessitate resoluetur in pluuiam: nisi superueniat aliqua causa fortior naturali: quasi hoc de necessitate īpediatur. A causa ergo necessaria eueniunt: ꝛ a causa necessaria impediuntur. Cū ergo demones sciant vertibilitatem naturalē elementorum ꝛ corporum celestiū ꝛ motū ꝛ cursum ꝛ cōiunctionem planetarū inter se ꝛ cum stellis fixis prescire possunt per suam virtutem sub certitudine futurum euentū istarū impressionū naturalium. Et futurum impedimētū: ne dispositio ad eos reducatur ad actū. ꝑ ista opinione facit quod videmus formicas imminēte pluuia portare granū in cauernā: qꝛ ꝓsciūt futuram pluuiā. ergo multo magis dyabolus ista ꝓcognoscere potest. ¶ Qui vellet tenere primā opinionē posset respondere ad illud de formicis: ꝙ illud non faciunt qꝛ futurā pluuiā ꝓcognoscant sed qꝛ sciūt ea ꝗ pluuiā de ꝓpinquo futurā antecedunt: faciunt quandā munitionem per quā ꝙ naturali instinctu mouerēt ad portandum granū in cauernā. patet ergo ꝙ illud faciūt ꝓpter hoc ꝙ presens est: non ꝓpter hoc quod est futurum.

¶ Miles. cccxxiij. cap.

Nunc vlterius quero vtrum demones sciant cogitatiōes cordium humanorum.

¶ Clericus. cccxxiiij. cap.

Cogitationes cordis possunt cognosci dupliciter. Unomodo in suo effectu: ꝛ sic non solum ab angelo: sed etiam ab homine cognosci possunt ꝛ tanto subtilius ꝙto effectus hmōi sūt minus occulti. Cognoscitur autem cogitatio cordiū non solum per actū exteriorem: sed etiam per mutationē vultus ꝛ etiā medici per quasdā affectiones: vt per pulsum cognoscere possunt: ꝛ multo magis angeli vel etiā demones ꝙto subtiliꝰ hmōi ymitationes occultas corporales perpendūt. Unn̄ aug. dicit i lib. de diuinationibus demonū. ꝙ aliquādo hominū dispositiones non solum voce ꝓlatas: sed etiam cogitatione cōceptas cum signo quodā ex animo exprimunt in corpore tota facilitate ꝓdicant ꝗuis in libro retractationū hoc dicat non eē asserēdum quomodo hoc fiat. ¶ Alio mō possunt cognosci cogitationes ꝓut sunt in intellectu: ꝛ affectiōes ꝓut sunt in voluntate. ꝛ sic solus deus cogitationes cordiū ꝛ affectiōes voluntatum cognoscere potest. Cuius ratio est qꝛ voluntas ratiōalis creature soli deo subiicet: ꝛ ipse in eam solus operari potest. Et ideo que in voluntate sunt vel ꝗ ex voluntate dependēt soli deo sunt nota.

¶ Miles. cccxxv. cap.

Volo insuper informari. Utrum hominibus liceat vti ministerio vl arte demonum ad cognoscendū futura vel aliqd aliud ꝛc.

¶ Clericus. cccxxvi. cap.

Respondeo. vti ministerio dyaboli potest intelligi vnomō virtute diuina et aliqua licita imperando: ꝛ hoc modo licet. Unde Paulus vt habetur actuū. xvi. c. īperauit spiritui malo qui erat in puella phitonissa exire: ꝛ exiuit eadem hora. Aliomodo ipsum familiariter vel amicabiliter inuocando: ꝛ hoc modo est illiciuꝫ: ꝛ omnibus ꝓhibitum. primo lege diuina. vnde leuitici. xix. c. ꝓcipitur occidi qui suscitat magos et ariolos. ¶ Secundo lege positiua: vt

patet.xxvi.q.ii.et q.v. per totum: et extra de male et mathe. Tertio idem videtur lege nature eo quod dyabolus est obstinatus adversarius summi principis nostri scilicet dei et ab ecclesia irrevocabiliter precisus et ita mendax et fallax. quod si aliquando dicat veritatem aut dicit eam compulsus adeo: aut ut sibi magis credatur in mendatio: ut sic decipiat cauteliosius: et ideo qui familiariter invocat eum peccat directe contra deum: et contra ecclesiam et contra se ipsum cum dyabolus sit humani generis pessimus inimicus. Est autem ibi peccatum aut infidelitas: ut si credendo dyabolo dominium aliquod attribuatur ei: aut ydolatrie ut in oblationibus et sacrificiis: aut saltem in obedientia: quia facit contra prohibitionem dei et ecclesie ut supradictum est. Et quia artes magice fiunt cum quibusdam demonum invocationibus vel quibusdam commerciis cum demonibus. Et ideo uti magicis artibus est prohibitum tanquam illicitum et prophanum. Et amplius notandum in caracteribus que a nonnullis fiunt est grande peccatum: quia fiunt ad demonum ministerium implorandum quod non est licitum. Et si queratur unde habent virtutem tales caracteres. Dicendum est quod non habent ex se: sed ex dyabolica potestate sic enim dyabolus pepigit cum hiis qui fiunt sibi familiares quod talia signa recognoscent: et ad talia se presentes offerrent: ostendit autem et fingit per illa se cogi. ut ostendat aliquid esse virtutis in istis artibus in quibus sunt multa nephanda: scilicet quod quandoque fingit se esse inclusum in uno anulo et ibi ad interrogata per familiarem suum respondet: ut per hec: et similia abducat hominem a fide et a cultu divino nec hoc facit dyabolus quia in illis delectetur: sed potius in infidelitate facientium.

Miles.cccxxvii.cap.

Postea quia matemathici dicunt eventum aliquorum futurorum ex astris pendere et prenosci posse. ideo quero aliqua de impositione astrorum respectu hominum et demonum. Et primo utrum ex impressione luminarium celestium causetur in hominibus diversitas morum.

Clericus.cccxxviii.cap.



Mores hominum et eventus futurorum a sideribus causari dupliciter possunt intelligi aut necessario et sufficienter aut dispositive et contingenter. Si dicatur primo modo: sic non tantum est falsum sed hereticum: quia repugnat christiane religioni: quia veritas fidei in hoc errore salvari non potest. dum enim ponit omnia a sideribus evenire tollit meritum: et per consequens premium tollit gratiam: et per consequens gloriam. Cum quia honestas morum per hunc errorem preiudicium patitur dum culpa peccantis in sidera refunditur et licentia male faciendi sine reprehensione redditur: et homo ad orandum et colendum sydera incurvatur. Si autem dicatur mores hominum a dispositionibus siderum variari dispositive et contingenter: sic potest habere varietatem. quia nec rationi nec fidei repugnat. planum est enim quod dispositio corporis varia multum facit ad variationem affectionum et morum anime. Unde colerici sunt iracundi: et sanguinei sunt benigni. Et melancolici sunt invidi: et fleumatici pigri. Hoc autem non est necessarium: anima enim dominetur suo corpori maxime quando est adiuta per gratiam. multos enim videmus colericos mansuetos. Melancolicos benignos: quoniam ergo virtus corporum celestium operatur ad mixtionem et qualitatem complexionum: hinc est quod per consequens operatur quodammodo ad qualitatem morum: valde tamen de longinquo: plenius enim facit ad qualitatem complexionis virtus nature inferioris quam virtus sideris. Unde augustinus in quinto

de ciuitate dei in solutione cuiusdã que=
stionis de duobus fratrib⁹ qui simul in=
firmabantur ⁊ curabantur: cum quere=
rent vnde hoc esset: magis cõmendat
rationem ypocratis ꝙ̃ astronomũ. ypo=
cras em̃ rñdit ꝙ hoc erat propter simili
tudinez conplexionis: ⁊ astronomus re
spondit ꝙ hoc erat propter ydemptita
tem ꝯstellationis. Melius enim respon
dit medicus: quia causam reddit magis
propriam ⁊ magis propinquam. Sic er
go dicendum ꝙ impressiones syderũ ali
quomodo disponunt ad veritatez moꝝ:
non quidẽ dispositione necessaria ⁊ pro
xima sufficiente: sed remota ⁊ ꝯtingẽte.
Et si obiciatur contra predicta ꝙ philo
sophus lib. de proprietatibus elemẽtoꝝ
dicit ꝙ regna vacua facta sunt: et terre
depopulate apud ꝯiunctionẽ Iouis et
Saturni: sed talia non dependent ex li=
bero arbitrio. ergo ⁊c. ¶ Respõdeo ꝙ
hoc dicit philosophus: non quia homi=
nes nequiuerint resistere influentie illi⁹
constellationis ad dissentionem inclinã
tis: sed quia noluerunt. quia sicut dicit
Tholomeus in almagesti: sapiẽs homo
dominabitur astris. Quis autẽ ꝯiunctio
Iouis ⁊ Saturni eo ꝙ Saturn⁹ habuit
influentiam melancolicaz: Iupiter autẽ
immittit valde bonaz influentiaz: potest
ad rixam vel discordias homines incli
nare: cui tamen inclinationi homines ꝑ
libertatem arbitrij possunt resistere ⁊ sa
tis faciliter cũ adiutorio dei ꝯtraire. Et
si iterũ obiciatur illud quod Damasce=
nus. lib. ij. c. vij. dicit: constituunt multo=
tiens ⁊ comete signa quedã mortꝭ regũ.
ergo ⁊c. Respondeo. quidã dicunt ꝙ co
meta nec naturalit̃ gñatur: nec est vna
de stellis in firmamẽto positis. vnde nec
eius significatio est naturalis. vñ Dam.
lib. ij. c. vij. dicit ꝙ comete nõ sunt ex his
que a principio genita sunt astra: sed di=
uina visione scd̃m ipsum tempus ꝯstitu
untur: ⁊ rursuz dissoluuntur. hec Dam.
prenunciat autẽ deus ꝑ tale signũ mor=
tem regis plus ꝙ̃ aliorum. tum quia est
persona cõmunis: tũ quia ex hoc potest
oriri turbatio regni: de cui⁹ custodia ma
gis solicitantur angeli propter cõmune
bonum. Alij sunt qui viam phisicam se=
quuntur quibus videtur ꝙ stella cometa
sit impressio sicca et calida genita in in=
feriori parte aeris: propter que igne et
calore seu vapore calido et sico: globus
illius vaporis adunatus apparet corp⁹
stelle. Partes autem illius vaporis dis
continuate circa illum globum ⁊ in lon
gum ꝓtense in suis extremitatib⁹ illi glo
bo coniuncte sunt quasi eius conce. Et
secundum hãc positionẽ signat ⁊ creat:
non per se sed per accidẽs mortalitatez
ꝓuenientez ex infirmitatibus calidis et
siccis: quia vehemens distempata sic=
citas consuete est comitari comete ge=
nerationem. Et quia vt in pluribus di=
uites nutriuntur calidis et siccis: ideo
illo tempore multi diuites moriunt̃ int̃
quos mors regũ et principuz est magis
notabilis. ¶ Insuper est notandum ꝙ
iudicia astronomorum ex astris ꝑ aliquã
dispositionem habent aliquam ꝓbabili
tatez: non tamen necessitatem. Proba=
bilitatem autem habent maiorem in ac=
tibus nature ꝙ̃ voluntatis: ⁊ in actibus
hominum generalibus sicut vnius gen
tis seu prouincie: ꝙ̃ in particularib⁹ vni⁹
persone: quia maior effectus stellarum
imprimitur in totam vnam gentẽ: ꝙ̃ in
vnum hominẽ. Et quia maior pars gẽ=
tis vnius magis insequitur affectiones
naturalis corporis ꝙ̃ vnius singularis
hominis. Amplius sciendũ ꝙ fuit quo=
rundã mathematicorum opinio ꝙ ex di
positionis siderũ necessario causatur in
hominibus diuersitas moruz: ita ꝙ ta=
lis ẽ vnusquisqꝫ in moribus qualẽ facit
eum esse dispositio syderuz: in qua ẽ cõ=
ceptus vel natus: et istam vim vocaue=
runt nomine fati. sed hec opinio nõ est
falsa solum: sed etiam heretica ⁊ omnino
detestanda: vt ex supradictis patet. vñ
fatũ scd̃m acceptionẽ istã nichil aliud ẽ.
Et scd̃m qd̃ dicit Gregorius in omelia
ephie absit a fideliũ cordibus vt fatum
aliquid esse dicatur. Alio modo potest

dici fatum dispositio seu ordinatio cau
sarum secundarum ad producendos effe
ctus. Potest autem ipsa ordinatio effe
ctiuus dupliciter considerari. vno modo
scdm quod est a deo: et sic dicitur proui
dentia. Alio modo scdm quod est i mo
dum seu in causis id est modus ordina
tus a deo ad effectus aliquos producē
dos: et sic actionem fati. Et hoc mo
do Boecius loquens de fato quarto
de consolatione dicit: q fatum est re
bus mobilibus inherens dispositio. per
quam prouidentia suis queque nectit
ordinibus. Sed tamē sancti doctores
hoc noie vti recusauerūt propter illos
qui ad vim positionis syderis retorque
bāt. vnde augustinus. v. de ciuitate dei
dicit si propterea quisque res humanas
fato tribuit quia ipsam dei voluntatem
vel potestatem fatum vocat: sententiā
teneat et linguam corrigat.

¶ Miles. cccxxix.

Amplius quero. vtrum corpora ce
lestia possint in demones aliquid
im primere.

¶ Clericus. cccxxx. ca.

Demones sunt superiores
ordine nature q corpora
celestia. Agens autem est
superius pa iente: vt dicit
Augustinus. xxij. c. super
genes. Ex quo sequitur q demones nō
subiciuntur motibus seu dispositionib⁹
corporum celestium. Et si dicatur con
tra: q demones scdm augmēta lune ve
xant aliquos homines qui propter hoc
lunatici dicunt: vt pz math. iiij. et xvij.
c. sed hoc nō esset vt videt nisi demōes
corporibus celestibus subiacerent. Re
spondeo. q demones propter augmēta
lune vexant homines. Primo quidem
ad hoc vt infament creaturam dei scili
cet lunam vt Hieronimus et crisostom⁹
dicunt. ¶ Secundo quia non possunt
operari nisi mediantibus virtutib⁹ na
turalibus in suis operibus considerāt
corporum aptitudines ad effectus in
tentos. manifestum est autem q cerebrū
est humidissimum omniū corporis par
tium: vt aristoteles dicit. Et ideo maxi
me subicitur operationi lune que ex sua
proprietate habet mouere humiditatē.
in cerebro autem perficiunt vires aia
les: et ideo demones scdm augmēta lu
ne perturbant homines et inducunt fā
tasiam quādo considerant cerebrum ad
hoc esse dispositum.

¶ Miles. cccxxxi. ca.



Postea quero de diuinatio
ne per somnia: vtrum ali
quis in somniando possit
preuidere futura.

¶ Cle. cccxxxij. ca.

Futurorum secundū qd p
tinent ad psens est quadru
plex differentia. Quedam
enim futura habent causā
naturalem in homine som
niante: vt sunt illa que proueniunt ex ali
quibus causis que sunt in homine. sicut
febris ex abundantia colere nimis incē
se et huiusmodi futura preuident in sō
nijs: aliquando per causam naturalem
et determinatam eo q natura represen
tat in somnijs anime aliquas disposi
tiones que sunt in corpore ex quib⁹ po
stea cōtingit infirmitas: vnde quādoque
cōtingit q in homine in quo supabun
dat colera nimis incensa representatur
sic in sōnis imaginatio febris future.
vnde aristoteles in libro de somno et vi
gilia dicit: q quādo sōnia sunt ex hijs
ex quibus cōponūtur: sunt signa vel sa
nitatis vel egritudinis scdm eorum diffe
rentias: vt si quis somniet de occupa
tionibus igneis signū est q predominet
in eo colera. si de aereis signū est sangui
nis: vt de volatu et hmōi. Si aque vel
alterius liquoris aquei: signū est fleu
matis. Si de terris: signum est melan
colie. Et ideo quandoque per som
nia iuuantur medici ad cognoscendum
dispositiones corporis. Quedam vero
futura habent causam naturalem extra

hominem somniantem. vt sunt illa q̄
proueniūt ex aliqua determinata influ
entia corporum celestium: vt vehemēs
aeris siccitas: vel nimia habūdātia ym
brium: ⁊ multa alia: et huiusmodi etiam
futura. quandoqȝ preuidentur in som-
nijs per aliquam causam naturalem de
terminatam: quādoqȝ enī influētia celi
⁊ elemētorū impressionē facit ī corpo-
re hominis ex aque impressione. quan-
doqȝ representatur homini in som-
nijs ymago alicuiꝰ effectus futuri ex-
tra hominē qui prouenit ex eadē influ
entia: nec hoc videtur absurdum: vide-
mus enim in aliquibus brutis ꝙ ex in-
stinctu naturali pluuiā et ventum futu-
rum apprehendunt vt est dictum. licet
autem hec somnia et precedentia sint
signa futurorum: non tamē oportuit ꝙ
illa significante semper eueniant. quia ex
aliquā alia causa superueniēte poterūt
impediri. vnde quādoqȝ propter nimiā
habundantiam ardentis caloris in cor
pore somniat homo se febricitare: et
tamen non sequitur febris propter ali-
quam causam superuenientem que tē-
perat calorem illum: vel quia apponit
remediū medicine. Similiter quādoqȝ
propter dispositionem celi ⁊ elemētorū
que q̄ntum est ex sua parte habent plu-
uiam causare: fit impressio ī homine p
quam somniat pluuiam: nec tamen se-
quitur pluuia impediente aliqua causa
superueniente. quedam autem futura
habent causam voluntariam in homine
somniante vt sunt illa que depēdent ex
opere somniantis ⁊ huiusmodi futura
non preuidentur in somnijs per aliquā
causam determinatam naturalem: sed
quandoqȝ preuidentur a casu: vt cū hō
est aliquid voluntarie facturus de quo
nunq̄ voluntatem faciendi nec aliquā
inclinationem ad hoc habuit: si homo
somniat se aliquid tale facere a casu
est nisi habeat per reuelationem. vnde
talia somnia non sunt signa nec causa
futurorū: sed dicunt accidentia siue cau
salia. quandoqȝ autem preuidenē p ali-
quam causam determinatam ex volun
tate creata: vt homo in vigilia multū
sollicitus fuit de aliquo opere faciēdo:
⁊ vehementer illud adimplere deside ra
uit: ⁊ cum magna inuestigatione inquisi
uit modum per quem hoc facere possꝫ:
et non potens modum adinuenire: ob-
dormiuit ī tali sollicitudine. Et ex hijs
causatur quandoqȝ in anima dispositio
per quā somniat se illud opus facere:
⁊ contingit quandoqȝ ꝙ quia in vigilia
facta erat preparatio ad inueniendum
modum faciendi in somno propter se-
dationem motuū exteriorum ⁊ interio
rum: circa auroram representatur ani-
me modus ille quem in vigilia non po-
tuit inuenire: vnde accidit ꝙ ī vigilia se
preparat ad faciendum opus quod nō
fecisset. eo quod in vigilia modum faci-
endi non poterat reperire. ¶ Que-
dam vero futura habent causam volū-
tariam in aliquibus hominibus ab ipo
somniante et in remotis partibus: vt
scꝫ illa q̄ illi homines facere disposue-
runt: ⁊ talia preuideri non possunt in sō
nijs per aliquam causam naturalem:
sed si aliquis homo presomniat aliquid
quod postea contingat in remotis par-
tibus per causam voluntariā: in hoc est
a casu. Et ideo huiusmodi somnia se-
cundum philosophum in libro de som
no et vigilia: dicuntur accidētia: vel ca
sus: ⁊ hoc intelligo nisi illa futura reue
lentur dormienti per aliquam causā vo
luntariam: sicut per diuinam reuelatio-
nem immediāte vel mediate ministerio
angelorum. vnde vt dicit philosophus
in libro de somno et vigilia: somnia
non sunt omnino contemnenda: nec ēt
de hijs omnino debemꝰ curare. Si q̄s
ergo vtatur sōnijs ad prenoscenda fu-
tura: scꝫ ꝙ somnia procedunt ex reue-
latione diuina: vel ex naturali cā intrin
seca: vel extrinseca. q̄ntum potest se ex-
tendere virtus: non erit illicita talis di
uinatio. Si aūt hmōi diuinatio causēt
ex reuelatione demonum cū quibus ha
bētur pacta tacita vel expressa: quia ad

hoc inuocantur. Et illicita diuinatio et
superstitio prohibetur. igitur curiosa ob
seruatio somniorũ: ꝛ temerarium est in
niti somniis: quoniã difficile est cogno
scere quando accidunt ex causis natu
ralibus: vł super naturalibus: ꝛ quãdo
ex angelis: bonis vel malis. vnde sacra
scriptura reprehendit eos qui cõfidunt
in somniis. ꝛc. ¶ Miles. cccxxxiii. ca.

Nunc autẽ de sortilegiis volo que
rere. vtrum diuinatio sortium sit
licita. ¶ Clericus. cccxxxiiii. ca.

Respondeo ꝙ sicut supradictum
est sortes proprie dicuntur cũ ali
quid fit vt eius euentu considerato ali
quid occultum innotescat. Et est aduer
tendum ꝙ actus humani qui requirũt
ad sortem non subduntur dispositioni
stellarum: nec etiam euentus ipsorum
actuum. vnde si quis ea intentione vta
tur quasi hmõi actus humani q̃ ad sor
tes requiruntur ex dispositione stellarũ
effectum sortiant. vana et falsa erit opi
nio: ꝛ per consequens suggestiõe demo
num nõ carebit. et per hoc diuinatio ta
lis superstitiosa et vana erit. videtur p
missum ꝙ si aliqui non valentes aliq̃d
cõcorditer diuidere: sortibus vti velint
ad diuisionem quasi exponentes fortu
ne quisq; accipiet partem. Quandoq;
autem expectatur sors ex demonibus si
cut legit Ezech. xi. c. ꝙ rex babilonis
stetit in bonis in capite duarum viarũ
ꝛ mittẽs sagittas interrogauit ydola ꝛ
ea consuluit. Et tales sortes sunt illici
te et scd̃m canones prohibentur. Quã
doq; vero expectatur a deo: scd̃m illud
prouerbiorũ. xvi. c. Sortes mittuntur
in signum: sed a domino temperantur.
Et talis sors nõ est aliquid mali. Vlte
rius est aduertendum ꝙ sors potest su
mi tripliciter: vno modo pro electione
gratuita: vt in psalmo: in manibus tuis
sortes mee. Et ad ephe. i. c. i qua sorte
vocati sumus. Alio modo pro eo ꝙ est
iudicium diuine voluntatis: vt actuũ
i. c. cecidit sors super mathiam. Et sic
dicit augustinus. sors non est aliq̃d ma
li si res in humana dubietate posita di
uinam indicans voluntatẽ. xvi. q. ii. c.
sors enĩ operantium ipsum prout est in
fieri ꝛ res dubia. sed postq̃ est in facto
est res certa ꝛ indicium diuine volunta
tis. sors primo modo nõ est aliquid ma
li: nec etiã scd̃o modo est aliquid mali in
se cõtinere. vnde prohibetur ne sub hac
specie homines in ydolatriam labantur
xxvi. q. ii. §. hiis ita. Tertius potest su
mi prout est nomen vlterius diuinatiũ
ad significandum diuinationem scd̃m
quod dicit leo papa tertius: ꝙ sors ni
chil aliud est q̃ diuinatio et maleficiũ
a sanctis patribus damnata. Et scd̃m
hoc non est licita: nec credenda: nec ex
cercẽda vt i dicto. §. hiis ita ꝛ. c. sequenti.
Et ideo hoc mõ prohibet sub anathe
matis interdicto. Sciendum etiam ꝙ
in sortibus scd̃o modo dictis peccatũ
potest accidere quadrupliciter. primo si
sine vlla necessitate ad sortes recurra
tur. hoc enim videtur ad dei tẽptationẽ
pertinere. vnde augustinus sup lucam.
Qui sorte eligitur humano iudicio nõ
comprehenditur. Secũdo etiam si q̃s
in necessitate absq; reuerentia sortibus
vtatur. vnde beda super actus aposto
lorũ. Si qui in necessitatte positi deũ
putant vt sortibus apostolorum esse cõ
sulendam videãt hoc ipsos apostolos
non nisi fratrem collecto cetu et preci
bus ad deum fusis egisse. Tertio si di
uina oracula ad terrena negocia conu
tant. Vñ aug. dicit ad inq̃sitiones iam
burũ hiis quidem paganus euangelicis
sortes legũt: et si ad optandum sit vt il
lud potiꝰ faciãt q̃ ad demonia cõsulen
da conuertãt seu cõcurrãt: ita tamẽ mi
chi displicet cõsuetudo: et ad negocia
secularia: ꝛ ad vite huius varietatem
cõuertere, diuia oracula. Quarto si aliq̃
sortibꝰ vtãt: in electiõibꝰ ecclesiasticis
q̃ fieri dñt ex inspiratiõe spũssãcti. vñ si
cut dic beda sup actu. math. añ pẽthecõ
stẽ ordiatꝰ ẽ sorte: q̃re scilicet q̃ plenitudo
scti spũs nõdũ erat effusa i eccla. Sep
tẽ aũt diaconi postea non: sorte sz apo

Rolorum electio̅e fiūt ordinati: secus autem est in dignitatibus temporalibus q̄ ad terrena disponenda ordinant̄: in quarum electione sortib⁹ homines plerū[que] vtuntur: sicut ⁊ in temporalium rerū diuisio̅e. Si necessitas immineat licitū est cum debita reuerentia diuinum iudicium implorare Innocen. etiam extra. eo. c. causam dicit q̄ licet vti sortibus p̄ litibus dirimendis. xvi. q. j. c. sors. Et idem hostien. et hoc intelligendum est secundum eum de sorte simplicium paleis vel hm̄oi: et in temporalibus rebus ⁊ sine aliqua superstitione.

Miles. cccxxxv. cap.

Postea quero de superstitione obseruantiarū. Et primo vtrū vti obseruantijs artis notorie sit licitum.

Clericus. cccxxxvi. cap.



Respondeo q̄ ars notoria est illicita ⁊ inefficax. illicita q̄dem est q2 vtitur q̄busdā ad scientiā acquirēdā que non habent in se virtutem causandi scientiam: sicut in inspectione quarūdam figurarū ⁊ p̄latione quorūdā ignotorum: nec talia sunt signa diuinit⁹ instituta sicut sūt sacramētalia signa: restat ergo q̄ sunt signa vana ⁊ supvacua: ⁊ p̄ cōsequens continentia quedā peccata significationū cū demonib⁹ p̄habita. ergo ars notoria est christiano penitus interdicta ⁊ fugiēda sicut ⁊ alie artes nugatorie vel noue sup̄stitionis. ij. de doctrina christiana. Est em̄ hm̄oi ars inefficax ad sciētiā acquirendā cum enim p̄ hm̄oi artē non intēdatur acquisitio sciētie scd̄m modū hominū naturalē scȝ ad inueniendo et addiscendo: consequens est q̄ iste affectus expectetur a deo vel a demonibus. certū est aliquos a deo sapientiā ⁊ scientiā p̄ infusionem habuisse sicut de salomone legit̄ tertio regū. iij. c. christus etiā dixit discipulis suis Luce. xxi. c. ego dabo vobis os ⁊ sapientiam. Ad demones autem nō pertinet illuminare intellectū: acquisitio autem sapientie ⁊ scientie fit per illuminationem intellectus.

Miles. cccxxxvij. cap.



Amplius quero an obseruationes ordinate ad corporum mutationem: vt ad sanitatem vel aliquid tale sint licite.

Clericus. cccxxxviij. cap.



Augustin⁹ in libro. de doctrina christiana dicit q̄ ad sup̄stitionem p̄tinent volumina magicarū artium ⁊ litura ⁊ remedia que medicorum condēnat scientia: siue in p̄cantionibus siue in q̄busdā seu quibuscun[que] modis quos caracteres vocāt siue i q̄busdā rebus suspendendis at[que] infigendis: hec Augustinus. Nam in hijs que fiunt ad aliquos effect⁹ corporales inducēdos: considerādū est vtrū naturaliter videatur posse tales effectus creare. sic enim non erit illicitū. lȝ em̄ causas naturales ad inducēdū effectus p̄prios exhibere. si autē nō videant̄ naturaliter posse tales effect⁹ creare cōsequēs est q̄ nō adhibeant̄ ad hos effect⁹ causandos tā q̄ cause: sȝ tanq̄ vt signa: ⁊ sic p̄tinent ad pacta significationū cū demonibus inita. Et si obiciat̄ q̄ sicut corpora naturalia subiciunt̄ corporib⁹ celestibus: ita ⁊ corpora artificialia: vt imagines. ergo sicut illa. ita ista sortiunt̄ aliquas virtutes ex impressione corporū celestiū ad aliquos effect⁹ causandos. Respōdeo. q̄ naturales virtutes corporū naturaliū subsequunt̄ substātiales formas ipsoȝ quas sortiunt̄ ex imp̄ssio̅e corporū celestiū. ⁊ idō ex earūdem imp̄ssione sortiunt̄ quasdā virtutes actuales seu actiuas: sȝ forme corporū artificialiū p̄cedūt ex cōceptio̅e artificis. Et idō cū nichil aliud sit q̄ cōpositio ordo: ⁊ figura vt dr̄. j. phisi. nō possunt naturalē virtutē ad agendū habere. Et inde est q̄ ex impressione

corporum celestium s'm q sunt artificia lia nullam sortiuntur virtutem: sed tm secundum materiam naturalem.

¶ Miles.cccxxxix.ca.

Quid dicemus de quibusdam mulieribus scelleratis que credunt se et profitentur cu dyana dea paganorum nocturnis horis z cu3 herodiade z cu3 nimia multitudine mulierum equitare super quasdam bestias: et multarum terrarum spacia in tempeste noctis silentio pertransire: eiusq3 iussionibus obedire velud dne. z cunctis noctibus eius seruitium euocari: asserunt etiam ab illis aliquas creaturas i melius vl deterius permutari: aut i alia speciem z similitudinem transformari.

¶ Clericus.cccxl.ca.

Respondeo q no a diuino spiritu sed maligno talia fatasmata metibus fidelium irrogantur: diabolus em cum aiam alicuius per talem credulitatem subiugauerit: sibi transfigurasse in angelum lucis et transformans se in diuersarum personarum species atq3 similitudines mentem quam captiuata3 tenet multipliciter deludit. nec debet aliquis vel aliqua in tantam venire stulticiam vt credat hec omnia que in somnijs z spiritu fiunt: etiam in corpore accidetium. etiam paulus non auderet asserere q fuerit raptus in corpore: cu etiam audierit veritatem proculdubio infidelis eet z pagano deterior. xxvi. q. v. c. episcopi.


¶ Miles.cccxli.ca.

Sed nunc quero vtru obseruatie que ordinantur ad pcognoscendu aliqua infortunia: sint licite.

¶ Clericus.cccxlij.

Dico q non. dicit enim augustinus in. ij. l. de doctrina christiana q ad pacta cu demonibus inita ptinent multa sutilia vanaz obseruationu. vt si quis du se calciat sternutauerit: vel ad domum sua cu vestis amuribus roditur. oes eni hmoi obseruatoes actedut hoies no vt quasda causas s3 vt qda signa euetuu futuroz bonoru vel maloz: aut obseruatur sicut signa a deo tradita cum non sint introducta auctoritate diuia: s3 magis ex vanitate humana coopata demoniu malicia q nitu tur aios huiusmodi vanitatib9 iplicari. Et iste obseruatie videntur esse aliq ydolatrie scdm quas obseruantur auguria. Et si obiciat q irrationabile est: negare illud q qsi omes experiutur q aliq tepora vel vba audita vel cocursus hoinu3 siue aialiu aliqd psagium hnt alicuius boni vel mali futuri: ergo no videt illicitum illa obseruare. Respodeo q a pncipio in istis obseruationibus expti sut homies aliqd veri a casu accidere. s3 postea cu hoies incipiunt huiusmodi obseruatijs aimu applicare: multa scdm huiusmodi obseruationes eueniunt per deceptionem demonu: vt huiusmodi obseruatioibus hoies implicati curiosiores faciant et se magis erroris perniciosi multiplicibus laqueis ingerant. vt dicit augustinus in. ij. li. de doctrina christiana. dicit etia hoc fieri pmissione diuina: vt illi qui hoc audiunt z vidET probentur in qua fide sunt apud deu3. Et probat hoc auctoritate deuterono. xiij. c. si surrexerit in medio tui pphta aut qui somniu dicat z predixerit signu z euenerit quod locutus est z dixerit tibi eamus z sequamur deos alienos: no audies verba eius. teptat em: vos deus vester vt pala sciat vtru3 diligatis eu3 aut no. xxvi. q. v. c. nec miru circa fine.

¶ Miles.cccxliij.c.



Quero vtrum infortunium accidens alicui possit ingerere dolore eius amico nichil de hoc sciente.

¶ Clericus .cccxliiij.ca.



Contingit homine3 tristari z angustari eius amico remoto infortunium aliquod patiente quandoq3 a casu: sc3 quia in illa ho-

ra qua suus amicus infortunium patit melancolia i eo mouetur: per cuius motum melancolici tum excitatur et ex cõsequēti mēte grauatur: licet infortuniū amici nichil ad hoc penitus operetur. Quandoqȝ vero hoc contingit ex aliqua causa voluntaria determinata: dyabolus enim quia conatur homines inducere ad opiniones superstitiosas: quandoqȝ affligit hominem ponderositate et tristicia illa hora qua amic⁹ ei⁹ remotus infortuniuȝ patitur: vt extimet hoc amici infortuniuȝ quod patitur naturaliter sibi euenisse. Quandoqȝ etiaȝ hoc accidit ex aliqua probabili suspicione: vt cum quis amicuȝ scit esse in taberna cum inimicis suis: probabiliter dubitabit eū inuadi ab inimicis. Et ex hoc quandoqȝ in illa hora qua amicus eius ab inimicis opprimitur: in eo timor et angustia generatur: quia ille dolor est post aliquam cognitionem.

¶ Miles.cccxlv.ca.

Nunc quero: vtrum herbe/vel armonie possint impedire demões a vexatione hominum?

¶ Clericus.cccxlvi.ca.



Herbe vel armonie sua naturali virtute non possunt totaliter expellere vexatiotiones. quia dyabolus possét hominem vexare si sibi permitteretur a deo: vel angelis bonis. possunt tamen illam vexationem mitigare. et ita parua posset esse vexatio illa quia possent illam penitus excludere. Et hoc quidem facerent non agendo in ipsum demonem cum sit spiritus separatus in quem non potest naturaliter agere corpus: sed agendo in ipsum vexatum a demone. certum est enim q herbe et armonie multum possunt immutare depositionem: et ex consequenti mot⁹ sensualitatis. Et pꝫ de herbis cum quedam inclinēt ad leticiam: quedam ad tristiciam: et sic de aliis. hoc etiā patet de armoniis p philosophuȝ. viii. politicorum. vbi vult q diuerse armonie habent prouocare diuersas passiones in homine. hoc etiaȝ patet et refert boecius in musica sua: et actor de ortu scientiarum: vbi loquēs de vtilitate musice dicit q valet ad curandum et alleuiandum infirmitates. et ita patet q herbe et armonie quādoqȝ causare possunt in homine dispositionem contrariam illi vexationi qua dyabolus hominem vexare conatur.

¶ Ex quo sequitur q ceteris paribus fit vexatio debilior. herbe tamen vel armonie non possunt dispositionem in homine causare: propter quā homo a nullo vexari possit demone. si permitteretur q dyabolus mouendo solum motu locali vapores et ipsos spiritus inordinato motu: possꝫ hominem multū vexare. herbe autem vel armonie nullam dispositionem causare possent in homine sua naturali virtute: per quē prohiberetur demon predictam commotionem facere. Contingit enim q quandoqȝ dyabolus non permittit hominem vexare nisi vexatione ita parua: q per aliquam forte dispositionem ad contrarium totaliter tolleretur. Et tunc alique herbe vel armonie possent corpus hominis ad contrarium ita disponere q illa vexatio totaliter amoueretur. verbigrā dyabolus posset quandoqȝ hominem vexare vexatione tristicie ita debiliter: q per aliquas herbas vel armonias que haberent causare delectationem et diffusioneȝ spirituū (qui sunt motus contrarii tristicie) totaliter amoueretur illa tristicia. Quod autem Augustinus secūdo libro de doctrina christiana condemnat ligaturas: et quedam alia de quibus ibi diffusius scribit hoc attribuens arti magice: hoc est quantū ad illud in quo non possunt ex sua naturali virtute. quod patet per hoc quod dicit sic ad hoc genus pertinēt omnes

ligature atq omnis remedia que medicorum condemnat disciplina: in quo satis patet q illa condemnat quātum ad hoc respectu cuius non habent aliquam efficaciam ex sua naturali virtute. Ad illud quod habetur primo regum.xvi. c. q saul qui vexabatur a demone alleuiabatur quando dauid citharam percutiebat corā eo: et quod recedebat spiritus malus. Sciendum q bene verum est: q per tactum cithare virtute naturali illius armonie alleuiabatur aliquātulum afflictio saulis inquantum illa armonia aliqualiter dulcorabat appetitum eius per auditum: per quam dulcorationem reddebatur minus aptus ad illam vexationem. sed quod spiritus malus recederet a saule quando dauid citharizabat coram eo: hoc erat propter vim crucis. quod satis expresse dicitur in glosa vbi dicitur sic. erat dauid cantica musice eruditus. diuersorum sonorum rationabilis moderatusq contentus vnitatem essentie significat: que varijs modis cotidie resonat. dauid in citharam suam malignum spiritum compescuit: et non quia tāta esset vis in cithara: sed in signo crucis que in ligno et cordarum extentione gerebatur: que iā tunc demones effugabat.

¶ Miles.cccxlvij.ca.



Modo dubito vtrum liceat alicui ad collum diuina verba suspendere: quod cotidie faciunt q plurimi maxime seculares.

¶ Clericus.cccxlviij.ca.



In omnibus incantationibus vel scripturis suspensis duo cauenda videntur ¶ Primo quod profertur vel scribitur. quia si est aliquid ad inuocationem demonum pertinens: superstitiosum est et illicitum. et cauendum est ne ponantur ignota nomina: ne sub illis lateat aliquod illicitū. vnde crisostomus dicit super math. q phariseorum magnificātium fimbrias aliqua nomina ebraica angelorum confingunt et conscribunt: et alligant que non intelligentibus metuenda videtur ¶ Cauendum est etiam ne aliquid falsum contineatur: quia sic eius effectus expectari non posset a deo qui non est testis alicuius falsitatis.

¶ Secundo cauendum est ne in verbis sacris ibi contineantur aliqua vana: vt aliqui caracteres inscripti preter signū crucis. aut ne spes habeatur in modo scribendi vel legendi vel in quacūq hominum vanitate que ad diuinam reuerentiam non pertinet: quia hoc videretur superstitiosum. Alias autem videntur licitum. Unde.xxvi.q.vi.c. non liceat christianis: dicit q non liceat christianis in collectionibus herbarum medicinalium aliquas obseruationes attēdere: nisi tantum cum simbolo diuino aut oratione dominica vt tantum creator omnium deus honoretur. Et si obijciatur contra predicta q liceat diuina verba ad collum suspendere quia non minus operantur verba sacra in corporibus serpentum et aliorum animalium sed incantationes quandam efficaciam habent ad repellendum seu reprimendum serpentes vel ad sanandum quedam animalia. vnde.ps. sicut aspidis surde obturantis aures suas que non audiet etc.

¶ Respondeo q etiam in incantationibus serpentum vel quorumcunq animalium: si respectus habeatur tantum ad verba sacra et virtutem diuinam: nō est illicitum: sed plerumq tales incantationes habent illicitas obseruantias et per demones sortiuntur effectum. et precipue in serpentibus: quia serpens fuit primum demonis instrumentum ad hominē decipiendum. Si vero querat quid de versiculis que fiunt in ascentione: et crucib9 q fiunt i ramis palmarū

¶ Respondeo quod non sunt reprobanda cum non contineant nisi verba euangelica et memoriam passionis christi. Sed superstitiosum esset si crederetur minor efficacia si scribantur vel fiant post lectum euangelium vel post missam vel illa die.

¶ Miles. cccxlix. cap.

Sed quid de carminatricibus aut carminatoribus qui carminant infirmos aut pueros vel aliud: numquid tales peccant mortaliter.

¶ Clericus. cccl. cap.

Si nichil superstitiosum dicant aut doceant aut faciant: sed tantum vtantur licitis precibus et adiurationibus: sicut per passionem et crucem et similia: non videtur quod peccent mortaliter: nisi talia fecerint post prohibitionem sibi ab ecclesia factam. Sed credo quod prohibendi sunt viri et mulieres a talibus: quia multa inutilia et superstitiosa solent admiscere: nisi forte sit sacerdos religiosus et discretus: aut etiam laycus: siue vir siue mulier excellentis vite et probate discretionis: qui fusa oratione licita super infirmum: non super pomum vel pirum aut cingulum aut similia: super infirmantes manum imponat: iuxta illud Mathe. vltimo. c. super egros manus imponent: et bene habebunt. nec sunt tales persone prohibende: nisi forte timeatur quod ad exemplum illorum indiscreti et superstitiosi carminatores: sibi vsurpent abusum tenentes se exemplo illorum hoc posse licite facere. De portatione vero reliquiarum dico quod si portentur ad fiduciam dei et sanctorum non erit illicitum. Si autem circa hoc attendatur aliquid aliud vanum: vt puta quia vas sit triangulare vel aliquid aliud huiusmodi quod non pertineat ad reuerentiam dei et sanctorum: superstitiosum erit et illicitum.

¶ Miles. cccli. cap.

Quid erit de sacerdotibus qui causa doloris permoti aut: altare vestibus sacris exuunt: aut qualibet lugubri aspernunt: aut consueta luminaria subtrahunt: aut altare aut crucifixum spinis circundant. ¶ Quid etiam de illis qui pro viuis scienter cantant missas defunctorum: vel sub nomine illorum quos odiunt feretrum cum exequijs mortuorum ponunt: vel alia similia faciunt vt illi citius moriantur.

¶ Clericus. ccclij. cap.

Ad hoc dico quod aliquid predictorum si fiat propter odium priuatum: grauissime peccat qui facit: et nisi per legitimam penitentiam se purgauerit debet deponi. Si autem propter causam communem: puta quia metu it contaminationem sacrorum ordinum vel subuersionem fidei: vel hostilitatem vel obsidionem vel diuinorum iudiciorum sententiam metuit: et ideo tale quid fecit: non dicitur peccare: quia in tali facto plus humilitas qua deus placatur quam interni liuoris dolositas declaratur. Hoc etiam consuetudo ecclesie tenet. vnde solet cantare deus venerunt gentes et in signum tristicie vidi bene sancta altaria spoliare. hec tamen distinctio fallit in illis qui scienter pro viuis celebrant officium defunctorum. Nam tales si fuerint de recti indistincte debent deponi et ad agendum penitentiam tam ipse sacerdos quam ille qui ad hoc ipsum incitauit debet exilio perpetui ergastulo siue monasterio relegari. xxvi. q. v. c. quicunque Fallit etiam distinctio in illis qui altare vel crucifixum spinis circundant: quia omnis talis abusus indistincte penitus reprobatur et districtius prohibetur et est grauiter puniendus. vt extra. de offic. ordi. c. canonice libro. vi.

¶ Miles. cccliij. cap.



Quoniam de impressione astrorum est aliqualiter tactum: reuoco in dubium. Utrum sit vtile principi vel cuicunque alij inferiori principe dare operam et vacare circa scientiam astrologie. Et euidenter probatur quod sic: per ipsam namque scimus et preuidemus

futura bona et mala: si per prudentiam nostram possumus celum iuvare: et ea augmentare secundum ptholomeum si sint mala possumus in totum vel in parte precavere. Malum enim non evitatur nisi prius cognitum et iacula preuisa minus ferire solent. Insuper tholomeus ait quod sapiens homo dominabitur astris. ¶ Item quod hoc sit principi utile ex antiquis coniungitur hystoriis. in sacris enim scripturis reperitur quod sancti patres utebantur sorte: ut per hoc haberent noticiam futurorum. ut apparet Josue. vii.c. Et Joseph prenosticavit sterilitatem futuram ¶ Item in hystoriis romanorum (secundum quod narrat maxime titus livius) patet: quod tempore guerre et in aliis arduis romani utebantur sorte auguriis et divinationibus.

¶ Clericus.cccliiii.cap.

Precognoscere aliquam mutationem aeris est utile: de fortunis spiritualibus iudicare est difficile: ymo et periculosum. Sepe enim timor et imaginatio talis divinationis futurorum causat infortunium: et faciunt hominem obliuisci circumstantias: quibus mediantibus talia infortunia prudenter potuissent precaveri. quod autem arguitur quod licitum est sicuti sorte: breuiter pertranseo propterea que in prioribus latius fuerunt tacta. Et supposito quod alique et sancti patres divina permissione seu dispositione usi fuerint sorte: illud non est trahendum in consequentiam arg. xii.c. gaudemus extra. de divor. Nec obstat quod de hystoriis romanorum arguitur: quia dum erant in maiori prosperitate sua utebantur talibus auguriis et divinationibus ex suggestione dyaboli: qui prosperitati eorum quam plurimum invidebat: et ideo corruerunt. Item dicit beatus Augustinus quod deus dedit tantam potentiam et dominationem romanis propter magnam affectionem quam habebant ad bonum commune: nec propter tales divinationes aliquid de contingentibus ad bonam practicam pro communi utilitate obmittebant. Item sepe tempore prosperitatis sue male contingebat eis: et causa infortunii sui forsan erat responsio augurii sui. nec etiam principes eorum vacabant circa astrologiam: sed presbyteri templorum qui ad hoc erant specialiter destinati.

¶ Miles.ccclv.cap.



Amplius reverende clerice probo quod possibile sit per astrologiam iudicare de futuris et ea precognoscere. Bruta etiam animalia precognoscunt futura: olor enim cantat quando presentit mortem: delphinus presentit tempestatem maritimam: et equus bellum antequam fiat. Si ergo bruta presentiunt futura: quanto magis homo rationalis potens est adinuenire artem: mediante qua possit iudicare de futuris. Item ista monarchia inferior gubernatur per corpora celestia. Et ad sciendum motus corporum celestium adinuenta est astrologia: que videtur vana et inutilis: nisi ipsa mediante precognoscerentur futura: quod esset absurdum: cum ars et natura nichil adinueniunt frustra.

¶ Clericus.ccclvi.cap.



Ad id quod arguitur de brutis animalibus que presentiunt futura. Respondeo. bruta animalia et homo se habent tanquam excedentia et excessa. homo enim nascitur nudus impotens ignarus: sed non sic de aliis brutis non sequitur ergo quod si deus dotaverit bruta in aliquo: quod hominem similiter in eadem dotaverit. deus plura fecit homini: quia contulit sibi rationem et memoriam per quod potest acquirere prudentiam humanam: et considerare preterita: presentia: et futura: que verisimiliter possunt evenire. Nec obstat quod subdebatur

quod alias videretur astrologia inutilis nisi per eam sciremus iudicare de futuris. Dico quod finis principalior astrologie est: quia dat noticiam dei creatoris. Nam secundum ysidorum est ordinata ultima inter scietias seculares ad finem quod ostēdatur quod cogitatio humana debet esse remota a rebus terrestribus et magis debet vacare contemplationi. et beatus Paulus in una epistola ad romanos: et beatus Dionysius in una alia epistala quā fecit fatentur quod illud quod ipsi sciuerunt de astrologia: fecit eos conuerti ad fidē christi. Scire ergo motum celi: et corporum celestium situm et ordinationem est quamplurimum delectabile amabile decēs et utile in principe: et quocunque alio inferiore. Nam secundum sententiā philosophi si delectabile est scire ordinationē et descriptionem unius nobilis palacij vel unius pulchri montis: quanto delectabilius excellentius et amabilius est habere noticiam machine celestis que superat in pulchritudine omnia visibilia: iudicia tamen astrorum sunt inscrutabilia et plurimos deceperunt: et adhuc decipiunt. Unde generaliter tales ordinationes sunt inhibite i pluribus locis sacre scripture. Et precipit sacra scriptura quod illi qui de illa se intromittunt occidantur. sanctus Augustinus Ambrosius Origenes: et generaliter omnes sancti doctores ecclesie detestant et reprobant tales diuinationes cum sint contrarie saluti anime ac fidei catholice. ut patet. xxv. q. v. quasi per totum. debet igitur unusquisque christianus a talibus abstinere. Unde quidam excellens auctor statius nomine loquens in metro de ista presenti materia alte et profunde plangit: et querit unde mundo et tristibus mortalibus hec infirmitas: iste miserabilis amor: et maledictum desiderium contingerit quod velint inuestigare fortunas futuras seu venturas. Et ait quod nunquam fuit donum dei: sed hoc facit auida mens nostra. Nam secundum Chrisostomum genus humanum nimis appetit scire futura. Narrant hystorie quod Julius Cesar nunquam voluit adhibere fidem talibus diuinationibus. Et catho qui vocabatur rigidus unus de sapientioribus urbis Romane cum ingressus esset templum: milites sui monuerunt eum ut interrogaret iouē de fortunis. hoc noluit facere dicens quod deus dederat nobis talentum ingenij naturalis recognoscendi ea que nobis erant necessaria. de talibus enim sortilegijs et futuris inuestigare pertinet ad meticulosos et infortunatos homines. nec hoc cadit in constante et virtuoso homine. Item secundum ysidorū astrologia (que tamen videtur rationabilior inter omnes artes diuinatorias quantum ad partem diuinatoriam futurorum) nō solum inter doctores fidei christiane detestatur: sed etiam inter paganos. Plato enim: et Aristoteles et plures alij philosophi concordi sententia dampnauerunt eam. Item in libro politicorum dicitur quod astrologia est nobilis scientia et gloriosa: quando tenetur in suis terminis sed quando extenditur ultra terminos et metas ipsius scilicet ad coniecturationes: et diuinationes futurorum et ad tales vanitates: tunc est contra philosophiam: et etiam bonos mores. Itē magna fatuitas est credere quod astrologus sciat de futuris iudicare in fortunis bonis seu malis que dependent ex voluntate mutabili. Et tamen nesciat quale tempus fiet crastina die quod tamen habent causam certā et immutabilem: et insuper isti astrologi tenēt quod omnia eueniant de necessitate quod est dānatissimum et contrarium fidei christiane.

¶ Ex premissis clare concluditur quod reges christiani: et ceteri principes qui debent esse pugiles fidei christiane non debent intēdere nec fidem adhibere talibus artibus. Virgilius enim prout refert tulius fuit sapientissimus et expertissimus in omnibus sciētijs: et docuit quales artes et sciētie debeant vigere in prin-

cipe: hoc dixit esse reuelatum miraculose. ¶ Primo princeps non debet ponere intentionem ad imagines faciendas: nec debet princeps esse astrologus nec vacare circa aliquã scientiam mathematicam: nec debet princeps esse aduocatus rethoricus vel logicus. Et subdit virgilius tu princeps Romanorum memor esto q facias gubernari populũ per prudentes: qui sint tales qui artes adinueniãt et studia: quibus mediantib⁹ populus in pace tranquillitate et quiete gubernetur. Hec est sententia virgilii pulchre per eum tradita in metro. principale ergo studium boni principis est gubernare populum per scientiam politicam: et bonum consilium prudentum.

¶ Miles.cclvii.cap.



Ursus venerãde clerice his non obstantib⁹: et p vos allegatis exẽplis antiquorum clare probatur q non videtur absonum in pncipe si circa astrologiam vaccet et intendat nobiles enim pncipes alexandrie et egypti posuerunt intentionem suam in talibus scientiis prout narrat ysidorus et Hugo de sancto victore. adeo q libros composuerunt per quos hodiernis diebus memoria censetur perpetua. Item ille nobilis princeps Abraham tradidit egiptiis et docuit astrologiam prout narrat Josephus in libro antiquitatũ. Item in antiquis hystoriis reperitur q moyses fuit magnus astrolog⁹. Itẽ salomon dicit de se ipso q sciebat dispositionem et motum stellarum celi: prout refert in libro sapientie. Item tulius dicit de regibus grecie q astrologos habebant in magna reuerentia et honore. Item rex ptholomeus fecit plures libros astrologie. rex Alphunsus hyspanie composuit plures tabulas astrologie. ¶ Ex quibus clare patet q non est nouum nec etiam inconueniẽs regem circa astrologiam vacare et in ea studere: dũmodo regimen rei publice in aliquo non derogetur.

¶ Clericus.cclviii.cap.

Respondeo ad id quod allegatis de exemplis pncipum: et dico q plura opuscula intitulantur a nominibus pncipum: que tamen non compilauerunt. maxime isti libri diuinationum intitulantur a Salomone et ab aliis auctoribus famosis: ad finem vt maior fides eisdem adhibeatur. Item verum est q aliqui principes dilexerunt astrologiam: et fecerunt astrologos libros compilare qui intitulabantur ab ipsis regibus: vt patet in tabulis alphunsi. Item veritas est q aliqui principes habuerunt tales scientias ex spirituali dono et gratia dei. vt fuerunt Noe et Moyses Salomon et plures alii. Et propterea dicit Josephus q dedit deus pluribus eorum diutius viuere propter cõmunem vtilitatem. vt populum instruerent per astrologiam: et alias scientias adeo in ipsos infusas. Nec propterea sequitur q principes moderni debeant q̃tum ad hoc eorum vestigia imitari: cum sint breuissime vite: et habeant circa necessaria ad salutem suam et populi potius intendere. Insuper experientia nos informat q principes qui in talibus scientiis vacauerunt: male finierunt: et male fuerunt fortunati: Athelus rex Hyspanie qui fuit magnus astrologus: ignominiose fuit de regno suo eiectus.

¶ Item narratur in vita philosophorum de quodam philosopho vacato tales q fecit se duci extra domũ suã vt videret et cõtẽplaret stellas: qui dum du

eeretur per vetulam cecidit in foueam: tūc dixit vetula. O Thales Thales tu nescis videre ad pedes tuos qualiter poteris celestia cognoscere? Item narratur q rex Jacobus maioritarum quando recessit de auinione fecit eligi horā recessus sui per astrologos: et tamē in illo viagio pdidit regnum. Sic igitur sciā principis christiani et cuiuslibet fidelis nil debet futurū inquirere: sed illius dispositioni hūiliter obedire qui disponit omnia suauiter: cuius ꝯsiliarius nemo fuit. nō possumus ei dicere cur ita facis? dñs est. qđ bonum ē in oculis suis faciat: nō laboremus ei: nocet dicere cur ita facis tempora vel momenta que pater posuit in potestate sua. futurorū enim explorare noticiam auguriis vel aliis illicitis modis: dyabolica temptatio ē: et eterne damnationis occasio. os enim dñi locutū est: populū israel instruētis. Cū egressus inquit fueris terram quam dñs daturus ē tibi: caue ne imiteris abhominationes gētiū. non inueniat inte q lustret filium suum aut filiam suā ducendo per ignem. Nō sit q ariolos sciscitetur et obseruet somnia atq auguria. non sit maleficus vel icantator. nemo per phitōes aut diuinos querat a mortuis veritatē. oīa hec abhominabitur dñs. Si surrexerit inquit in medio vestri propheta aut qui dixerit somnium vidisse et predixerit signū et euenerit: non audias. non curent igitur fideles christiani tales diuinationes vel somnia: nec errore illorū inuoluant qui occursum leporis timent qui mulierē sparsis crinibus: q hoīem orbatū oculis aut mutilatū pede aut ī barbam aut cuculatū habere obuiā detestātur: qui de iocundo glorianꝰ hospicio: si eis lupus occurrerit: aut colūba: sia sinistra in dextrā auis scti. Martini volauerit: si hoīem gibosum obuiā habuerint: aut leprosū: hec et similia vana sunt: et ab omni christiano precauenda.

¶ Miles. ccclxxi. Capi.

Video ergo ex pmissis q tales diuinationes astrologice sortilegia necnon alie obseruantie supsticiose: sunt phibite cuilibet fideli christiano. Sed nunc quero vtrum cōtrarium facientes sint aliquali pena plectendi?

Clericus. ccclxxij. Capi.



Tales sūt variis penis plectendi. vt patet cuilibet intuenti. extra de sortilegiis. quasi per totum. et. C. de male. et mathe. quasi per totū. vt notauit Hostiensis in sūma de sortilegiis. §. que sit pena. de quibus sufficiat premissio. scdm vnam penam ipsorum solum volo prosequi scz penam sententie excōicationis: cuz non sit maior in ecclesia dei. Isti enim diuinatores sortilegi et mathematici: si moniti non desistāt sunt excommunicandi. xvi. q. v. c. non oportet et. c. si quis. episcopus aut presbiter et. q. v. c. amoueat. Et nō īmerito hec pena excommunicationis est cōtra eos infligenda: ad instar Luciferi et suorum sequatium. naz ad istar primorum parentum quorū sunt imitatores in hac parte (prout enim Lucifer et sui sequaces) etiam primi parentes violauerunt ea que diuina maiestas in signum singularis prerogatiue sibi specialiter reseruauerat: et temerarie nimis vsurparūt: et ideo excommunicati fuerunt et eiecti de paradiso celesti ac terrestri. sic et isti nitūtur ea que creator celi et terre sibi specialiter reseruauit scilicet cognoscere futura tempora et momenta que posuit solꝰ in potestate sua sibi per falsas practicas et vanas deceptiones applicare: nō immerito: ergo tales a consortio fidelium tāq oues morbide sunt eiciendi: ne gregem dominicū inficiant. Isti enim peccant contra creatorem celi et terre: et contra dispositionem agentium naturaliū: applicantes agentia naturalia ad aliuz vsum quaz natura naturans disposuit.

Et ideo rationabiliter pena introducta ad instar dispositionum naturalium debet puniri. Potest enim probabiliter persuaderi q ecclesia trahit penam excōmunicationis ad instar dispositionis agentium naturalium: vt ars imitatur naturā vt.l.adoptio.ff.de adoptio. videmus enim q vbi est vnum corpus informatum: vna forma vnita totius: durat donec singule partes vniformiter regulentur. Sed cum partes difformiter regulentur: totum dissoluitur nisi partes ad vniformitatem reducantur: vel nisi pars que reduci non potest a toto corpore eradicetur & alia conformis introducatur. Uidemus exemplum in corpore humano. Nam cū omnes humores sub vnitate forme humane sunt: durat equalitas ipsius. sed cum aliqui peccāt in qūto vel quali: est opus eradicatione vel reductione: alias sequitur egritudo totius & extinctio: quia humor infect9 per contrarium alium inficeret. Et sic in singulis naturalibus simplicibus et mixtis posset discurri. Sic directe in ꝓposito omnium catholicorum collectio siue tota militās ecclesia est vnum corpus informatum vna forma scilicet fide informata virutibus theologicis & moralibus: & donec singula membra vniformiter regulentur durat equalitas corporis mistici. sed cum aliqua membra irregulanter se habent respectu totius tunc est opus reductione vel eradicatione alias corpus inficeretur. Et ꝓpter hoc militans ecclesia ortum sumendo a naturalibus ad sui perseuerentiam ad inuenit hoc genus censure: & cum aliquis de corpore christi mirtico deuiat moneat: & sic reducatur. c. sacro. extra de senten. excō. quod si reduci noluerit eiciatur de corpore: ne per contactum alios inficiat. & ista est excommunicatio & fit aliquando a toto corpore totaliter & hec est maior excommunicatio. aliquā do a parte corporis: & hec est minor. sic aliquando humor eradicatur totaliter de toto corpore humano: aliquando nō eradicatur totaliter: sed a certo loco deuiatur. & sicut eradicatio totalis humoris vel deuiatio aliquando fit a natura sine hominis ministerio. Aliquando cū hominis ministerio sc3 cum fertur ab homine: & sicut carnes putride inficiant idcirco resecantur. xxiiij.q.iij.c.resecande: sicut aliquando in corpore humano insurgit humorum multitudo peccantium contra naturā: & totū corpus excōmunicetur. Et hic morbus vniuersalis appellatur. aliquando particularis tantum ī corpore christi mirtici: incipit mēbrorum peccantium multitudo contra vnitatem vt fiat dissolutio. cum fuerint scismata & scisma in ecclesia. Unde hic aduertendum q excōmunicatio que est separatio a deo tantum: fertur adeo tātum: vbi ponderandum q collegiū omniū catholicorum est vnum corpus: et appellatur corpus christi mirticum et informatum forma. hoc probatur. iij.q. iiij.c. Eugelcudā. et. xi.q.iij.c.nichil. Et istud corpus mirticum christi est informatum forma diuina.i. fide catholica virtutibus informata: vel spiritu vitali christi. Nam licet sint membra multa in corpore illo mirtico: tamen omnia illa mēbra viuificantur eodem spiritu scil3 vitali catholice fidei informata operib9 virtutum: & donec sub illa sic informata membra degunt: tunc sunt vnum corp9 & ad illam vnitatem omnes tendere debent predicantes. sicut scribitur in exodo.iij.c. vesti sacerdotis iungitur mala punica: id est mala granata vnitas fidei intelligitur. nam sicut in malo granato multa sunt grana sub eodem cortice: sic sub eadem fide multa sūt mēbra cooperta illa fide. vt pulchre declarat Gregorius. & transumptiue habetur in canone. c. sit rector. xliij. di. Si autem aliquod membrum recessit ab illo cortice id est fide vel operibus virtuosis ipsam informantibus quod contingit per mortale peccatum etiam vnū solum: nam

offendēs in vno factus est omniū reus Jacobi.ij.c. deficat de regulis iuris. Etiam si sic separetur christi a corpore mistico: nec viuit spiritu vitali christi. vt pulchre probat Augustinus super Jo.ca.nichil.xi.q.iiij. sic inquiens Qui enim separatur a corpore christi non est membrum eius. si non est membrum nō vegetatur spiritu eius. Ex premissis concluditur q excōmunicatio que est tantum separans adeo: adeo tm̄ lata est. nam statim cum desinit viuere illo dei spiritu. non est amplius membrū eius. Et q dixi. q collegiū catholicorū est vnum corpus. et dicitur corpus christi misticum: vt in canone Ecce laudam tertia questione quarta. Quero qualiter sit vnum corpus: quod erit preambulus ad infradicēda. Vbi sciendum: q sicut in vero corpore humano sunt membra multiformia ad singula officia tendentia .lxxxix. distin.c. primo. et sicut ibi est anima et corpus viuificatum. vt.xxxij. questione. secunda capitulo Moyses. et c. sequenti. et cle. prima de summa trinitate. et fide ca. vt sicut ibi sunt quattuor elementa ad minus virtualiter ad ipsius mixtionem subtilissime ex naturalibus agentibus superius et terrestribus redacta. vt in.c. in quandam de cele. missarū: sic in corpore mistico sunt diuersa membra in suas operationes tendentia: ibique est corpus viuificatum. et etiam viuificans. Vbi sciendum q sicut partium veri corporis humani quedam sunt partes ab aliis regulate: quedam autem sunt partes alias regulantes (vt sunt membra principalia) et alie sunt partes corporis que simplices nuncupantur. sic in corpore mistico sunt partes simplices et regulate: vt persone layce sicut oues regende. secunda questione septima capitulo oues. Membra autem principalia et organica sunt ministri ecclesie: et inter ipsos est caput vicarius christi Romanus pontifex.xxi. distin. c. cleros. et c. in nouo. Et sicut a capite descendunt spiritus deferentes virtutem naturalem toti corpori (vt dicunt naturales) sic a Romano pontifice ad totum corpus misticum: et singulos de corpore velut a capite tota potestas emanat et effluit.xxix. distin. c. ita dominus. Et sicut in capite humano naturali sūt quattuor sedes fundantes quattuor virtutes interiores (vt habetur in secundo de anima) sic in capite corporis mistic i debēt esse quattuor virtutes cardinales: vel saltem due tantum deberent esse ad instar cardinum super quibus defertur hostium: sed quia huiusmodi corporis mistici messis erat messis et opari pauci electi sunt.lxxij. discipuli. xxi. dist. c. in nouo in quorum loco successerunt episcopi.lxviij. distin.c. quorum vices: et sic ista sunt membra organica huius corporis: scilicet cardinales et episcopi. sūt et alia membra organica: sicut sunt ministri ecclesie inferiores episcopis de quibus et eorum officiis.xxi. di. capitulo cleros.

¶ Dixi secundo q sicut in vero corpore humano est anima viuificans et corpus viuificatum: sic in corpore mistico est anima viuificans scilicet christus. siue fides operibus virtutum informata: ipse enim est vitam prestans cunctis de corpore. cum ipse dicit in euāgelio. ego sum via. viij. dist. capitulo consuetudo: corpus autem viuificatum est collectio fidelium in hoc corpore viuificato. Et sicut corpus verum naturale viuificatur ab exteriori potu et cibo assumpto: sic in hoc corpore est verus cibus saluatiuus anime: corpus christi verus panis. Et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita.

¶ Dixi tertio q sicut in vero corpore naturali sunt quattuor elementa: sic in hoc corpore militantis ecclesie sūt quattuor euangelia. licet vnum sit euāgelium secundum quattuor auctores: et quattuor elementa seu euangelia continent quicquid est vitale i corpore. Etiā

ex hijs elementis insurgunt riuuli epistolarum. verum quia sicut ad conseruationem veri corporis naturalis et ipsius sanationem comparatur infirmitatem: ne altissimus in necessariis deficeret: ab eo processit ars tradens modum conseruandi et curandi: q̄ medicina nunc par: sicut hoc totū misticū corpus conserue͡t et partes egrote curent: ab eo p̄ddit scientia tradens modū cōseruatiuū hui⁹ mistici corporis. Et hec est scientia canonū et legalium constitutionum: que per ora principum diuinitus promulgata est C. de lon. tempo. prescrip. l. fi. xvi. questione prima: capitulo placuit. viij. distin. capitulo quo iure.

¶ Ad hoc enim facte sunt leges quarta dist. c. facte sunt leges. Et sicut sunt canones conseruatiui et curatiui corporis naturalis humani: concernentes totam speciem humanam in latitudine complexionis sue. Et hij vocantur canones generales: et secundum varietatem regionum indiuidualium complexionum et variarum circunstantiarum per artifices varientur media applicando xxix. distin. c. sciendum. etc. sequen. et c. vt continetur. l. dist. Sic in corpore mistico propter varietatem regionum et circumstantiarum ad seruanda singula corpora vniuersitatum que sunt partes magni corporis mistici varie constitutiones sunt introducte. Et sicut sūt deputati medici circa cōseruationē corporis humani scd̄m artē operātes: sic ministri sunt deputati circa cōseruationē huius corporis militantis ecclesie: scilicet episcopi et alij iudices ecclesiastici. Circa quod est aduertendum: q si hec cura fiat vt quilibet de corpore propter se tātum deo iungatur: sic est fori penitentialis. si autem fiat vt tota collectio conseruetur quod fieri non posset sic pars partem inficeret sic est fori contentiosi. Et licet ministri secundum canones sic operentur tamen hoc faciunt vt ministri quia principalis operans est christus. xi. q. ij. c. nemo contemnat. Et licet videar hic aliqualiter metas iuris excessisse: hoc feci vt inferrē quod ad instar naturalis dispositionis hec sententia excommunicationis traxit originē. ¶ Ex hijs patet ergo qualiter a deo et solum ab illo fertur hec excommunicatio: et in hac deductione intendo solum ex disposition̄e humani corporis naturalis elicere dispositionem mistici. quia supra probatum est q singuli de corpore militantis ecclesie cibant cibo spirituali corpore christi. et christus p̄sētatur in ministris ecclesie: et p cos p̄sentatur cibus sacramētalis. vnde est q iniciens manus violentas in clericum violat christum. Unde dictum est. qui vos tangit me tangit. q. q. j. c. actio. vij. q. j. c. qui vos violant.

¶ Qui igitur nititur destruere ministerium sacramētalis cibi: iustū fuit vt illo cibo priuaretur. et in eo in quo deliquit puniretur. c. literas. de eta. et quali. Et si quis etiam p̄ncipi non obedierit morte moriatur. A christo igitur mediante canone vel ministro christi emanauit excommunicato: sicut dicitur in corpore humano. si quis humor patiatur destructionem debet eradicari ne totum corpus inficiat: sic in hoc corpore mistico debet membrum putridum eradicari.

¶ Utiles. ccclxi. cap.



Circa predicta quero vtrū minister dei iudex ecclesiasticus possit iniuste excommunicare: p̄batur q nō. q2 iudicium ecclesie debet se cōformare iudicio dei. xi. q. iij. c. reuera. ij. q. j. c. de⁹ omnipotēs de sen. excō. c. a nobis. ij. sz de⁹ nullū ligat iniuste. xj. q. iij. c. scd̄m de pe. di. iiij. c. si ex bono cum similib⁹. ergo etc. Itē auctoritate petri null⁹ pōt aliquē ligare nisi quē petr⁹ ligaret. xxiiij. q. j. c. manet. Item ligare iniuste est vitiosum: sed in ecclesia etiā militante non debet esse macula vel ruga. xxi. dist. c. q̄uis. de pe. distin. c. ecclesia q. iiij.

ergo &c. Item deficiente causa propter quam aliquid potest esse. cessat & illud. lxx. di. §. his omnibus de Biga. c. debitum. ff. de Iure patro. l. adigere. §. quis sed causa excommunicationis debet esse mortale peccatum. xi. q. iii. c. nemo episcoporum & c. certum. hoc cessat vbi iniuste profertur. ergo &c. Item arguendo ab effectu vanum enim est quod debito careat effectu. de electi. c. commissa. §. porro. lib. vi. Sed excommunicatio iniuste prolata caret effectu excommunicationis: qui est vt per eam tradatur quis Sathane: & subtrahatur dei gratia. xi. q. iii. c. audi. & c. nichil. sed ista cessant in iniusta excommunicatione: vt per se patet. igitur &c. Item iusta ligat: ergo iniusta non ligabit per locum ab oppositis. ix. di. c. i. xxxii. di. c. hospitalitatem. Item casus est in terminis. vt videtur. xi. q. iii. c. cui est.

¶ Clericus. ccclix. Capi.



In oppositum est. c. sententia pastoris. xi. q. iii. Solutio contraria: multa fieri non debent: facta tamen tenent de regula. c. ad apostolicam fateor ergo quod iniuste nullus debet excommunicari: et sic procedunt tres primi rationes. Et ideo faciens est in culpa: & penam meretur. xi. q. iii. c. temerarium. sed nichilominus excommunicatus est ligatus vt de rescriptis. c. ab excommunicato cum ibi nota. Gratianus. xi. q. iii. §. cum ergo hoc itellexit quandoque quis propter aliquam culpam est dignus excommunicari. sed cum intentio excommunicatoris attendatur: & pro alia culpa non intendebat excommunicare: non potest procedere dictum gratia: dico ergo sententiam iniustam ligare. ¶ Ad cuius euidentiam sciendum quod interdum dicitur excommunicatio nulla: aliquando iniusta: tunc dicitur nulla quando in agente vel patiente est inhabilitas. de prima patet: vt quia non iudex: vel quia talem iurisdictionem exercere non potest. xxiiii. q. i. c. audiuimus. facit. xxvi. di. c. bene quidem de sen. exco. c. si quem. & sic loquitur cap. est allegatum in contrarium: ibi sententia lata fuit ab heretico qui iurisdictionem non habet. de secunda patet vt puta si is in quem fertur est talis qui non potest delinquere: vt infans vel furiosus saltem si hoc est notorium. no. Innocen. extra de senten. excom. c. romana: vel quia non est capax huius sententie. quia infidelis et sic non est de corpore militantis ecclesie extra. de diuorti. cap. gaudemus. ii. q. i. c. multe. hoc enim casu si agens esset habilis ex quo patiens est dispositus ad suscipiendam huiusmodi actionem: nullum est quod agitur xxxi. di. c. ad hec. de baptismo. c. maiorum in fi. Idem est vbi in ipsa error intollerabilis exprimitur. vt quia excommunicatur quis quia facit quod est bonum: vel quia non facit malum vt in. c. per tuas de sen. excom. et. c. venerabilibus eo. ti. lib. vi. Si enim ecclesia per talem sententiam vellet ligare cum appareat ex forma sententie quod subditus non debeat parere: videtur per consequens peccatum de quo sibi constaret approbare vt licitum: & hoc dicere non esset bene catholicum. iniusta dicitur sententia cum non seruatur ordo vel non sub est causa vel non rationibilis vel cum nulla intentione vel non zelo iustitie profertur. xi. q. iii. §. Cum e. ergo tamen si habilitas est ex parte agentis et patientis: et cessat erroris expressio tunc valet quod ideo procedit vt claues ecclesie in maiori reuerentia habeantur. xi. q. iii. c. nemo contempnat: & vt homo per meritum obedientie crescat. xi. q. iii. cap. quid ergo. vnde et si proferens peccet: tamen obediens iuste facit. xxii. quest. i. c. quid culpantur: & non contempnendo meretur. vnde talis sententia est anime medicina. xxiii. q. iii. c. nouandum. xi. q. iii. §. cum ergo. patet ergo quod sic parendo li-

cet sit ligatus apud ecclesiam militantem: non tamen apud deū. de resti. spolia. c. litteras de sen. excommu. c. inquisitioni. sed contemnēdo ligaretur apud deum vt in predicto. §. cum ergo. Et in decretali per tuas. pareat ergo. xix. c. in memoriam. c. di. c. contra morem. Per predicta respondetur ad prima quattuor contraria et ad. c. cum enim.

Ad quintum dico q̄ habet locum in excōmunicatione iusta. vnde ibi presupponitur culpa. vt patet in. c. audi. Item iniuste quis admittit illa q̄ sunt ex pte ecclesie militātis per que disponitur ad gratiam dei: et sic potest dici q̄ excommunicatio iniuste subtrahitur gratia dei Ad aliud dico q̄ licet iustum z iniustū sint contraria scdm se tamen nō potest respectu huius termini ligare. vnde si est iusta sequitur q̄ ligat. ergo que non ligat nō est iusta. sed non sequitur id qđ opponendo dicebat. Ex predictis igit patet q̄ hec excommunicationis sentētia tolleranti est medicinalis: de sen. excommunica. lib. vi. c. cum medicinalis corpus enim per ipsam traditur sathane: vt spiritus eius saluus fiat. xi. q. iii. c. audi. Et hec excommunicationis sententia: fertur propter contumaciam: et propter mortale peccatum. xi. q. iii. c. nemo episcoporum. et per obedientiam z contritionē de peccato purgatur cōtumacia z deletur peccatum. §. ferrum. l. vi. z regula peccatis extra de regul. iuris lib. vi. ecclesia enim redeunti nunq̄ claudit gremium. epistola inter claras. C. de sum. tri. z fi. catholica.

Miles. cccl**x**. ca.



Vrta p̄missa quero. Quidam suggestione dyypolica fecit se antipapam vt alias visum fuit z intelligo cū opere subsecuto. quia creauit cardinales episcopos z fecit alia ad summum pontificem spectantia q̄tum in se fuit. planum est q̄ scdm sanctiones canonicas iste est excōmunicatus z variis penis plectendus. Sed quero nunquid eidem penitenti sit danda venia. Et videtur q̄ non: quia suis demeritis consideratis nulla fere pena inueniret sufficiens. Et posset dici q̄ licet penitētia admittatur ad sacramenta ecclesie que non claudit gremium redeunti vt in epistola inter claras superius alleg. non tamen exuit a pena fori exterioris extra de hereti. c. super eo lib. vi. penitētia enī penitenti tali z tanto peccato desinit esse nocens. ff. de fur. l. qui ea mente z. C. de aposta. l. iii. z ibi notatur. cū etiam non solum inchoauerit vt est dictū. ff. vibo. rap. l. penul. Et si aliqđ obmiserit: hoc fuit quia non potuit. ff. ad leg. pompe. de parri. l. fi. in. fine.

Miles. ccclxi. ca.



Idetur his non obstātibus q̄ sanctitas sedis apostolice pie ac clemēter deberet ad veniam recipere. dicit enim valerius maximus narrans clementiam scipionis erga regem armenie quem tenebat captiuū: qui multum offendebat rempublicam romanorum: licet egregium sit hostez eicere: maioris tamen laudis est scire misereri. Et cuz iste miser antipapa infelicior sit omnibus aliis: et delictum suum directe respicit personam et statum romani pontificis: tanto sibi reputabitur ad maiorem laudem si misereatur. Nā vt dicit seneca in primo libro de clemētia. nullum decet habere clementiam sicut principem. vnde dicit ille sanctissimus imperator q̄ nichil tam pecculiare est imperialis maiestatis: sicut humanitas C. de dona. inter virum z vxorem. l. fi.

et de nupt. l. imperialis. et si hoc dicē tur de principe seculari et tēporali: multo magis de principe ecclesie cui sanctitas ignoscendi gloriā derelinquit. C. de episcopis et cle. l. si quis. in hoc. unde ad laudem octauiani dicitur. q erat verus clemēs in omnes: austerus in paucos.

Hoc etiā expedit propter magnā utilitatem que ex hoc potest contingere ecclesie et fidei. Nam per hoc rebelles et infideles ecclesie facilius reducētur: videntes enim q ita clementer et pie sedes apostolica se habeat circa istum antipapam qui ultra alios deliquit: et fuit caput scādali et petra offensionis: confidenter poterunt sperare: qr benignius se habebit circa eos si ad obediētiam veniant. Nam dicit seneca primo libro de clementia. multos una vincit clemētia: quos seueritas nō potuit subiugare. ubi narrat de quodā qui multa fecit contra hostes: et videns q non poterat proficere: consuluit uxorem suam. que dixit ei: fac sicut medici facere solent: nam ubi vident q usitata remedia nō prosunt: utuntur contrariis. et tu hucusq usus es potētia et nihil pfecisti: nunc utaris clemētia. et ipse usus fuit cōsilio uxoris sue: et sic omnes sibi subiecit

Deus igitur qui ex sola sui benignitate per vias icognitas inimicos ecclesie cōfundit et eos tradit plebi in opprobrium: sic scismaticos ecclesie tradet in manibus eius. sed quia ipse saluator noster clementissimus est et misericors: sequatur ipsius vicarius eius vestigia qui nostri quotidie miseretur. l. imperialis. C. de nupt. et dictum antipapam cum sequacibus seu quoscumq scismaticos ad gremium et unitatem matris ecclesie recipiat: quia per hoc sedes apostolica omnes alios deuincet: iuxta illud qd dicit salustius de cesare. quia nos armis subiecerat sed clementia magis vincit.

Sed sciendum: q in clemētia sunt gradus propter quos videtur q licet non debeat esse modica: tamen non multum debet esse emolliens vel effusa. ut. xlv. distincti. c. disciplina. Sedes igitur apostolica contra talem antipapam: si quādo insurrexerit (quod absit) et alios scismaticos ecclesie quorum plures in ytalico solo pullulant hodie misceat lenitatem cū seueritate. Sit itaq amor sed non emolliens. sit rigor: sed nō exasperans. sit zelus: sed non immoderate seuiens. sit pietas: nō plus q̄ expediat parcens.

Intueri libz in moysi pectore misericordiam cum seueritate sociatam. videmus amantem pie: et districte seuientē. certe cuz pplus israeliticus ante dei oculos pene innumerabilē extraxisset offēsam. ita ut eius rector audisset: descende: peccauit populus tuus. ac si ei diuina vox diceret: qui i tali peccato lapsus est: meus nō est. atq subiungeret: dimitte me ut irascatur furor meus contra eos et deleb o eos: faciamq te in gentem magnam: ipse semel et iterum populo cui preerat se ad impetum dei irascentis opponens ait. Aut dimitte eis hanc noxiaz: aut non facias delere me de libro tuo quē scripsisti. Pensemus ergo quibus visceribus eundem populum amauit: pro cuius vita de libro vite deleri se petiit. Sed tātū iste q tāto eius populi amore constringitur circa eius culpas: pensemus q̄ro zelo rectitudinis attendatur. mox ut culpe venia daretur obtinuit. rectitudinis zelo succensus inquit. Ponat unus vir gladiū super femur suum. Ite et reddite de porta usq ad portam per medium castrorum: et occidat quisq fratrem et amicum et proximum suum. Ceciderunt de illa. xxiii. milia. hoiz intus arsit igne amoris: foris accēsus ē zelo seueritatis tāti fuit pietas ut se pro illis corā domino morti offerre non dubitaret tanta seuerites ut eos quos diuinitus feriri timuerat: ipse iudiciū gladio ferret.

Et hic diligenter attendendum. q forsitan iste scissure que in ytalia inualescunt et pululant hodie: causantur pro

pter absentiam sedis apostolice. in mū-
do enim isto deus duas habet domos:
sive ecclesias principales et peculiares
pro quibus multum fecit: et quas mul-
tum dilexit: et a quibus propter pecca-
ta hominum videtur faciem avertisse.
Et ideo nimis sunt afflicte et desolate.
Una est ecclesia romana quā ipse so-
lus fundavit. ut dicit canon vicesima
secunda distincti. c. j. et sanguine illo-
rum beatorum apostolorum fundato-
rum nostre fidei dedicavit.

¶ Alia est ecclesia Iherosolima quam
ipse suo baptismo et sanguine conse-
cravit. Dei igitur potentia que magna
est: qui res omnes desperatas quando
sibi placet producit ad effectum: qui be
atum petrum fugientem ab urbe roma
na revocavit: tangat cor presentis ro-
mani pontificis ad visitandum sacro-
sanctam ecclesiam romanā. Proprie
enim et convenienter nunc summus
pontifex posset et deberet dicere illud
quod dixit ille cuius locum tenet in ter
ris: scilicet tempus est ut revertar ad il-
lum qui me misit. Deus enim romanum
pontificem misit ad partes citra mon-
tanas propter aliquas necessitates tūc
occurrentes: tēpus ē ergo ut a modo
sanctitas sua revertatur ad eum qui mi
sit ipsum: et ad sponsam suam predile-
ctam: et visitet et consoletur eam: et re-
paret suum patrimonium et suam do-
mum que multipliciter nunc est cola-
psa. diu enim est q sedes apostolica
agros irrigavit alienos: tempus est
ut irriget suos qui sitiunt temporali-
ter et spiritualiter. Et fateor nec possem
negare quin plures alie civitates inve-
niantur magis delicate et maiori tran-
quillitate: et cives melius concordes
et melius dispositi ad pacem et tran-
quillitatem: sed deus noluit ecclesiam
suam fundare in magnis deliciis: et in
magna tranquillitate. quia si voluisset
scivisset et potuisset. navicula enim pe-
tri in mari est posita: et non in terra: ut
frequenter procellis et tempestatibus
agitet. tamen bene scimus q ei nocere
non possunt: quia protectorem habet il-
lum cui mare et venti obediunt: nec lō-
giora queramus exempla. nunquid a
memoria hominum non excedit quan-
ta fuerūt facta retro actis temporibus
in lumbardia. Intravit bavar⁹ et cum
magna potentia cōtra ecclesiam. et ille
maledictus petrus de corvaris sedem
petri occupans cardinales habuit nota
rios et officiales: et magnam curiam: et
sequaces. Vere etiā multi iusti qui re-
moti erant: habuerunt malas temptati
ones: et benedictus deus: quia dies il-
lius fuerunt abreviati. quia si diutius
durasset: detrimentum fuisset non modicū
fidei christiane.

¶ Verum quia medicus non est neces
sarius sanis: sed male habentibus:
modo partes frācie inter ceteras: ymo
super ceteras partes christianitatis in
unitate fidei super firmam petram sūt
firmate: recedat ergo sctitas apostolica
et visitet infirmos: et curet eos. ibi enim
erit honor et gloria: ibi erit lucrum: ibi
erit meritum. si enim patria romana es-
set delectabilis et in magna tranquil-
litate: et concordia: quale tūc esset me
ritum: dei enim filius non venit propter
iustos: sed propter peccatores. sic ergo
tenemus q de omnibus sumus reddi-
turi rationem: etiam de verbo occioso
inquiret rationem: multomagis de sua
ecclesia quam tantum dilexit: pro qua
obtulit se velle mori antequam desereretur.
Et si ignorantia non excuset peccato-
rem: multominus excusabit eum scien-
tia. Et si scientia: multomagis requisi-
tio. Sponsa enim requisivit sponsum.
clamat: requirit subsidium. postulat de
fensionem. cum qua conscientia pote-
rit papa denegare quin visitet et defen-
dat eā: bon⁹ pastor animā suā ponit p
ovib⁹ suis. et si aīam suā: multomagis de-
bet sustinere p eis aliquā icōmoditatē: pa-
pa ē pastor: nec est bon⁹ mercenari⁹ qui

fugit ꝛ dimittit oues: sedes enim apo-stolica non in suo solo: sed in alieno se-det. Et tamen constantinus dum dedit vrbem beato Siluestro vna ex rationi-bus ꝑncipalioribus fuit motus: q2 non erat dignum ꝙ vbi sederet vicari⁹ chri-sti aliquis haberet terrenam potestatē extra de electio. c. fundamēta libro. vi.

